
AKTA
KANCELERSKIE
ROKU 1790



N.º 1mo Akta kancelarskie Roku 1791.

1

ACTA 1438.

Majoris Cancellariæ

REGNI

A.º D.ni 1791.

Cancellariatu

Illustrissimi Excellentissimi D.ni D.ni
Hyacynthi Comitis Nałęcz a Małachowice


MAŁACHOWSKI

Supremi Regni Cancellarii Radoszy-
censis Grodecensis Sanniensis & Capitanei

Secretariatu Sigilli

Generosi Ignatii Janiszewski S.æ R.æ M.tis
et Sigilli Majoris Regni Secretarii





1.

ACTA
MAIORIS CANCELLARIAE
REGNI
Ai Dni 1791

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Generoso Felici Gawroński, Subjudici Terrestri Latyczoviensi, datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithvaniae, Russiae, Prussiae, Masoviae, Kijoviae, Volhyniae, Podoliae, Podlachiae, Livoniae, Smolensciae, Severiae, Czernichoviaeque, Samogitiae.

Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, notum facimus. Postquam ad Regni Gubernacula, ita disponente Numine, concordibus Polonae Lithvanaeque gentis Suffragiis, evecti sumus, confestim studio benemeritos de nobis, et Republica decorandi, benemerituros excitandi, Ordinem Sancti Stanislai Episcopi, et martyris, totius Regni et nostri Patroni, seorsivo Nostro Diplomate die VII Mensis Maji, Anno Domini, MDCCLXV. constituimus. Cum itaque Generosus Felix Gawroński Sub-

judex

2. judex Terrestris Latyczoviensis, meritis et virtutibus quæ ipsum commendant, pollere dignoscatur, Nosque eum Gratia Nostra Regia dignum esse judicaverimus, Eundem Ordine præfato Sancti Stanislai condecorandum, et numero ipsius adnumerandum, adscribendumque esse censuimus, uti defacto cum omnibus prærogativis Juribus, ad mentem præfati Diplomatis Institutionis, ad extrema vitæ suæ tempora condecoramus, adnumeramus et adscribimus. Quod omnibus quorum interest, ad notitiam deducendo, Extraneos amicè requirimus, Subditis vero Nostris mandamus, ut præfatum Generosum Felicem Gawroński Subjudicem Terrestrem Laticzoviensem, pro Equite Ordinis Sancti Stanislai habeant, nominent et agnoscant. In cujus rei fidem, præsens Gratiæ Nostræ documentum Manu Nostra Subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die 11. mensis Januarii, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 2. Januarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Generoso Leoni Hulewicz, Venatori Palatinatus Volhyniæ, et vice Capitaneo Castrensi Luceoriensi, datum.

Pincernatus Palatinatus Lublinensis post ascensum Generosi Adami Suffczyński ad Subdapiferatum Lublinensem vacans Generoso Stanisłao Trzciński Venatori ejusdem Palatinatus confertur.

Stanislaus Augustus Dei G.

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et Singulis Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Stanislai Trzciński Venatoris Palatinatus Lublinensis faciendum esse duximus ut ipsi Pincernatum ejusdem Palatinatus Lublinensis post ascensum Generosi Adami Suffczyński ad Subdapiferatum itidem Lublinensem vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus praerogativis Muneris immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus Universaeque Nobilitati Palatinatus Lublinensis notum esse volentes mandamus ut praefatum Generosum Stanislaum Trzciński abhinc pro vero legitimo et actuali Pincerna Palatinatus Lublinensis habeant, nominent et agnoscant ejque de loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die III. mensis Januarii, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae albae Magnifico Principi Josepho Lubomirski

ski Castellano Kijoviensi
Equiti Ordinis S. Stanislai
Datum.

Stanislaus Augustus Dei &c.

Universis &c. Quod Nos ad demonstrandam eo magis Nostram Regiam benevolentiam in personam Magnifici Principis Josephi Lubomirski Castellani Kijovien. Equitis Ordinis S. Stanislai de Nobis et Republica benemeriti Eundem Ordine Equitum Aquilæ albæ condecorandum esse duximus prout et de facto condecoramus. Quod omnibus quorum interest ad notitiam deducentes extraneos amice requirimus Subditis vero Nostris mandamus ut præfatum Mag. Principem Josephum Lubomirski Castellanum Kijovien. pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ habeant nominent et agnoscant. In cujus rei fidem &c. Datum Varsaviæ Anno Domini MDCCXCI Die vero Mensis Januarii Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Auctionatoris
Publici in Civitate Craco-
viensi Nobili ac Spectabili
Joanni Laurentio Laszkie-
wicz Seniori Consuli ejus-
dem Civitatis Cracoviensis
confertur.

Stanislaus Augustus Dei &c.

Significamus &c. Quia Nos ad publicam Civium et Incolarum Civitatis Nostræ Cracoviensis commoditatem Auctionatorem ad vendendas res mobiles constituere cupiendo et cum Nobilis ac Spectabilis Joannis Laurentii Laszkiewicz Senioris Consulis ejusdem Civitatis Cracoviensis fidelitatem

ac

ac probitatem in gerendisque talibus negotiis dexteritatem per certos Consiliarios Lateri Nostro assidentes commendatam habeamus condignum et aequum judicavimus ut ipsum in Protectionem Nostram Regiam assumeremus eique Munus praefatum Auctionatoris publici in Civitate Nostra Cracoviensi daremus et conferremus prout quidem assumimus damus et conferimus praesentis Literis Nostris Dantes et concedentes eidem Nobili ac Spectabili Laszkiewicz plenam et omnimodam facultatem Munus Auctionatoris publici in venditione per plus Offerentiam Mobilium quoquo titulo sive Judiciali sive ex voluntate Proprietariorum evenienti Cracovia in loco publico praetorii sive ubi praemissa Bona venditioni exposita fuerint exercendi Denuntiationes typo imprimendi et intimandi aliisque libertatibus de jure et consvetudine competentibus gaudendi et utifruendi. Quod omnibus quorum interest notum esse volentes mandamus ut praevia ejusdem Privilegii Nostri ad Acta qualibet authentica ingrossatione dictum Nobilem ac Spectabilem Joannem Laurentium Laszkiewicz Seniorem Consulem Civitatis Nostrae Cracoviensis pro vero et actuali abhinc Auctionatore agnoscant eumque circa praesens Privilegium Nostrum /: salvis juribus Civitatensibus salvaque sufficienti cautione cujus rei attendentiam Nobili ac Spectabili Magistratui Civitatis Nostrae Cracoviensis committimus :/ conservent conservarique curent, pro Gratia Nostra et Officiorum suorum debito. In quorum fidem &. Datum Varsaviae Die IV. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

die 5 mensis Januarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Venerabili

li Antonio Niewiescinski Canonico Cathedrali Cujaviae datum.

Pincernatus Palatinatus Posnaniensis post ascensum Generosi Joannis Zabłocki ad Subdapiferatum ejusdem Palatinatus vacans Generoso Josepho Wilkoński Castellanido Crivinensi et ad Comitia praesentia ex Palatinatu Calissiensi Nuntio confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a.

Significamus &a Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Josephi Wilkoński Castellanidae Crivinensis et ad Comitia praesentia ex Pltu Calissiensi Nuntii faciendum esse duximus ut ipsi Pincernatum Palatinatus Posnaniensis post ascensum Generosi Joannis Zabłocki ad Subdapiferatum ejusdem Palatinatus vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus praerogativis Muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Litteris Nostris. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus Universaeque Nobilitati Palatinatus Posnaniens. notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Gsum Josephum Wilkoński abhinc pro vero et actuali Pincerna Palatinatus Posnaniensis habeant nominent et agnoscant eique de loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &a Datum Varsaviae Die V. mensis Januarii Anno Dñi MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Fabricatoris S^a R^a M^tis Galerorum Honorato Joanni Francisco Paulet confertur—

Stanislaus Augustus Dei &a

Significamus &a Quia Nos commendatam habentes Honorati Joannis Francisci Paulet Civis Civitatis Nostrae Residentionalis Varsaviensis Galerorum Fabricatoris perfectam scientiam attentisque in constructionem requisitorum ad hancce Fabricam servientium magnis per eundem erogatis impensis ac totius Fabricae cura et solicitudine sua pro commodo publico Regni Nostri extructa faciendum esse duximus ut ipsum in Protectionem Nostram Regiam assumeremus et titulo Fabricatoris Nostri Galerorum condecoraremus prout quidem praesentibus Literis Nostris assumimus et condecoramus Dantes et concedentes eidem Honorato Joanni Francisco Paulet plenam et omnimodam facultatem potestatemque omnibus juribus praerogativis Muniis immunitatibus quibus caeteri Fabricatores Nostri Regii de Legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi et uti fruendi artemque suam exercendi ita tamen ut a solitis Jurisdictionibus et Contributionibus publicis eximi sese non praesumat Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalis caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus nec non Nobili ac Spectabili Magistratui Civitatis Nostrae Varsaviensis notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Honoratum Joannem Franciscum Paulet abhinc pro vero legitimo Fabricatore Nostro Galerorum habeant nominent et agnoscant eidemque artem suam exercere non impediant immo circa praesens Privilegium Nostrum conservent conservarique ab aliis curent pro Gratia Nostra Regia et officiorum suorum debito In quorum fidem Datum Varsaviae die V. mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII. Anno

Stanislaus Augustus Rex.

Burgrabiatus Arcis Cracoviensis post liberam Re-

si-

signationem Generosi Gaspari Ottfinowski vacans Generoso Paulo Tarnawa Malczewski confertur.

Stanislaus Augustus Dei G.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Pauli Tarnawa Malczewski faciendum esse duximus ut ipsi Burgrabiatum Arcis Cracoviensis post liberam resignationem Generosi Gaspari Ottfinowski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus prærogativis munis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitæ sua tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus Universæque Nobilitati Palatinatus Cracoviensis notum esse volentes mandamus ut præfatum Generosum Paulum Malczewski abhinc pro vero legitimo et actuali Burgrabio Arcis Cracoviensis habeant nominent et agnoscant eique de loco Juribus prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra In quorum fidem &a Datum Varsaviæ die VII. mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. Mtis Generoso Josepho Ulenicki confertur.

Stanislaus Augustus Dei G.

Significamus &a Quam volupe habeamus præstantes virtute viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosus Josephus Ulenicki quem fidelitas, probitas in rebus agendis capacitas ac promptum de Nobis benemerendi studium commendabilem reddunt propriis obsequiis Nostris admovendum esse duximus admovemusque et Munere Camerarii Nostri con-

condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris Dantes et concedentes eidem Generoso Josepho Ulieniecki plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus Juribus praerogativis Muniis immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus. Quatenus praefatum Generosum Josephum Ulieniecki abhinc pro vero legitimo et Actuali Camerario Nostro habeant nominent et agnoscant ejque de loco juribus praerogativis Muniis immunitatibus hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die VIII mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometrae jurati
S. R. M. Generoso Martino Smukrawicz Professori Mathematicae in Scholis Vinniciensibus Datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus etc. Quia nos commendantem habentes Generosi Martini Smukrowicz Professoris Mathematicae in Scholis Vinniciensibus in Arte Geometrica Scientiam in Delineatione Mapparum peritiam in dimensuratione fundorum habilitatem ac industriam faciendum esse duximus ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus prout quidem creamus et constituimus praesentibus Literis Nostris Dantes et concedentes eidem Generoso Martini Szmukrowicz plenam et omnimodam potestatem Munus Geometriae
jurati

jurati et publici per totum Regnum exercendi fundos et agros dimensurandi Mappas delineandi aliosque Actus Geometrae jurati secundum Leges et constitutiones competentes exercendi et debito modo explendi illiusque dimensurationibus distimitationibus delineationibus et ejus aliis Actibus ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus ubique locorum tam in Judiciis quam extra, plenam fidem habendam esse declaramus ita tamen ut juramentum Corporale de fideliter administrando Officio Geometrae coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus nec non quibusvis Judiciis ac Officiis tum Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni nostri notum esse volentes mandamus quatenus eundem Generosum Martinum Smukrowicz pro vero legitimo Geometra jurato habeant et agnoscant eidemque Officio hoc libere frui permittant et ab aliis permitti curent pro Gratia nostra. In quorum fidem &a Datum Varsaviae die X. mensis Januarii Anno Dñi MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Agentis in Urbe et Regno Neapolis Nobili Francisco Rayola confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a.

Significamus &a Quia Nos commendatam Nobis apprime habentes dexteritatem morumque teneritudinem Nobilis Francisci Rayola facienum esse duximus ut ipsi Munus Agentis Negotiorum Regni nostri in Urbe et Regno Neapolis daremus et conferremus prout defacto hisce Literis nostris cum omnibus praerogativis et immunitatibus Munus hocce concernentibus eidem gerendum et obeundum damus et conferimus cum facultate utendi Vestibus uniformalibus, ut pote Superiori Veste coloris Rubri ponso dicti cum praeramana viridis, Coloris inferiore vero Veste albi coloris in lacertis autem signis vulgo epauletis aureis. Quod omnibus quorum interest non solum Mag-

7

11.

Magnificus Regni Nostri Mareschalcis cæterisque Aulæ Nostræ Officialibus notum esse volumus verum et Personis cujuscunque Status et Conditionis cæteris Nationibus Degentibus Notitiæ deferimus ut præfatum Nobilem Franciscum Rayola abhinc a data præsentis Privilegii Nostri seu Diplomatis pro legitimo Agente nostro in mentionata Urbe ac Regno Neapolis cum specificata distinctione agnoscant et nominent eique de juribus titulis et prærogativis Muneri huic inservientibus respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem præsentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die 11. mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 11 Mensis Januarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Ludovico Comiti Skarbek datum.

Munus Geometriæ jurati Sᵃ Rᵃ Mᵗⁱˢ Generoso Thadæo Orlewski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus &c. Quia Nos commendatam habentes Generosi Thadæi Orlewski in Arte Geometrica Scientiam, in delineatione mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem, ac industriam faciendum esse duximus ut ipsum in Geometram juratum crearemus, et constituimus, præsentibus Literis Nostris, Dantes et concedentes eidem Generoso Thadæo Orlewski, plenam et omnimodam potestatem, Munus Geometræ jurati et publici, per totum Regnum exercendi, fundos et agros dimensurandi, mappas delineandi, aliosque actus Geometræ jurati, secundum leges et constitutiones competentes exercendi et debito modo explendi, illiusque dimensurationibus, distinctionibus, delineationibus, et ejus aliis actibus, ad legale Officium Geometræ jurati et publici pertinentibus, ubique locorum tam in Judiciis, quam extra plenam fidem, habendam

dam esse declaramus, ita tamen ut juramentum corporale de fideliter administrando Officio Geometrae, coram quocunque Officiis sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis ac Officiis, tum Magistratibus Civitatum et Oppidorum Regni Nostri, notum esse volentes mandamus, quatenus eundem Generosum Thadaeum Orlewski pro vero legitimo Geometra jurato, habeant et agnoscant, eidemque Officiis hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die XII. mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Venatoriatus Palatinatus Ravensis post ascensum Generosi Francisci Breszotański ad Pincernatum ejusdem Palatinatus vacans, Generoso Theodoro Pruski Tribuno majori itidem ejusdem Palatinatus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &.

Significamus &. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Theodori Pruski, Tribuni majoris Palatinatus Ravensis faciendum esse duximus, ut ipsi Venatoriatum ejusdem Palatinatus, post ascensum Generosi Francisci Breszotański ad Pincernatum itidem Ravensem vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus praerogativis, muniis pertinentibus, de lege et antiqua praxi ad hocce munus, vel alterius alicujus officii assecutionem, tenendum, habendum, et obeundum damus et conferrimus praesentibus Litteris Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Ravensis, notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Thadeum Pruski, ab hinc pro vero, legitimo et actuali Venatore Ravensi, habeant, nominent et agnoscant, ejque de loco juribus, praerogativis, hocce munus concernentibus, ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum

Var-

Varsaviae die XIV mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI Regni vero Nostri XXVII anno.
Stanislaus Augustus Rex.

d. 18 Mensis Januarii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Michaeli Mia[c]zyński Capitaneo Camenopolitensi et Rothmagistro Cavaleriae Nationalis Regni datum.

d. 18 Mensis Januarii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Victori Baworowski Consiliario Gubernii Galiciae et Lodomeriae datum.

Notariatus Publicus cum Secretariatu Generoso Adolpho Christiano Erbach in Ducatibus Curlandiae et Semigalliae ac Districtu Piltinensi datus.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &
Significamus praesentibus literis nostris, quorum interest universis et singulis. Quod in Regno Dominiisque Nostris, praesertim in Ducatibus Curlandiae et Semigalliae Districtuque Nostro Piltinensi Notarios Publicos linguam Germanicam et Latinam calentes, eorum Officia apprime necessaria esse animadvertemus, jam vero Generosi Adolphi Christiani Erbach illibatam fidem, eruditionem juris peritiam, morum probitatem, in rebus gerendis dexteritatem ac alias animi ac ingenii dotes huic Officio aptas commendatas habeamus facile in animum Nostrum induximus illum in publicum, et authenticum Nostrum Regnum Notarium creare, ordinare et deputare quemadmodum authoritate Nostra creamus, ordinamus et deputamus, dantes et concedentes Eidem plenam et omnimodam facultatem per omnes Civitates, Oppida, Castra, Villas in omnibus Reg-

Regni Nostri ditionibus quæ hoc Officio utuntur
præsertim vero in Ducatibus Curlandiæ et Se-
migalliæ Districtuq Piltinensi recognitiones,
protestationes, manifestationes, extraordina-
rias appellationes, contractus, documenta,
testamenta, ultimas voluntates, aliaq in
universum instrumenta juri et honestati
congrua, usui humano necessaria ad requisi-
tionem partium litigantium sive paciscen-
tium, pro rerum aut temporum exigentia
fideliter connotandi, conscribendi, conficien-
di, authenticandi, aliaq omnia et singula
negotia et Officia Notariatus Publici juxta
morem, et consuetudinem, id Munus con-
cernentia, fide jurata, exequendi et pera-
gendi a quo quidem Gso Adolpho Christia-
no Erbach de eodem Officio Notariatus, fi-
deliter administrando juramentum corpo-
rale secundum rotham solitam recipiendi
Generosis, Supremis Ducatuum Curlandiæ
et Semigalliæ Consiliariis, Capitaneis majo-
ribus et Minoribus, sive uni eorum qui re-
quisitus fuerit etiam Capitaneo Nostro
Piltinensi facultatem damus, et commit-
timus præsentibus Literis Nostris, in super
dictum Generosum Adolphum Cristianum
Erbach, in numerum Notariorum Nostrorum,
una cum Secretariatu Nostro assumimus et
cooptamus adscribimusq cum plena fa-
cultate omnibus juribus, prærogativis et
immunitatibus, quibus cæteri Secreta-
rii Nostri gaudent, et fruuntur, gaudendi
et uti fruendi, quod ad notitiam omnium
præsertim vero Gsorum Supremorum Du-
catuum Curlandiæ et Semigalliæ Consilia-
riorum, Capitaneorum, majorum et Mi-
norum cujuscunq Status Dignitatis Præ-
eminentiæ et Ordinis Judiciorum, et sub-
selliorum quorumvis eorundem Ducatuum
Curlandiæ et Semigalliæ, ac Dctus Piltinen-
sis, notum esse volentes mandamus et
præfatum Gsum Adolphum Christia-
num Erbach, pro vero legitimo et indubi-

tato

indubitato Notario Publico, et Secretario Nostro Regio habeant nominent et agnoscant, Instrumentisq[ue] ejus publicis per Eundem confectis et conficiendis credant, plenamq[ue] fidem ubivis locorum adhibeant, ac Officium Notariatus, et Secretariatus absque impedimento ac contradictione libere exercere permittant pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillis Regni et Magni Ducatus Litthvaniae communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XVIII. mensis Januarii, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S[a]e R[ae] M[tis] Generoso Mathiae Chłapowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &. Significamus &. Quam volupe habeamus, praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Mathiam Chłapowski, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promtum de nobis benemerendi studium commendabilem reddunt, propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus, admovemusque et Munere Camerarii nostri condecoramus, in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris Dantes et concedentes eidem Generoso Mathiae Chłapowski plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus Juribus praerogativis, muniis immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii e legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Litthvaniae Marescalcis, caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Mathiam Chłapowski abhinc pro vero legitimo et Actuali Camerario Nostro habeant, nominent et agnoscant, eiq[ue] De loco juribus praerogativis, Muniis immunitatibus huic muniis concernentibus et ipsi

res-

respondeant et ab aliis responderi curent pro
Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes &
Datum Varsaviae Die XIX, mensis Januarii
Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri
XXVII. anno
Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii Regii
Generoso Josepho Dworzecki
Bohdanowicz confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a
Significamus &a Quam volupe &a Cum itaque
Generosum Josephum Dworzecki Bohdanowicz
Incisoriatum Orszanensem quem fidelitas &a
Dantes et concedentes eidem Gso Josepho Dwo-
rzecki Bohdanowicz Incisori Orszanensi ple-
nam &a immunitatibus titulis libertatibus
quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de Le-
gum &a quatenus praefatum Generosum
Josephum Dworzecki Bohdanowicz Inci-
soriatum Orszanensem abhinc pro vero le-
gitimo et actuali Camerario Nostro ha-
beant nominent et agnoscant eique de-
loco juribus praerogativis immunitati-
bus hocce munus concernentibus et ipsi
respondeant et ab aliis responderi curent
pro Gratia Nostra. In quorum fidem &a
Datum Varsaviae die XXI mensis Janu-
arii Anno Domini MDCCXCI Regni vero
Nostri XXVII. Anno
Stanislaus Augustus Rex.

d. 25 mensis Januarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Reverendo
Michaeli Soltyk Referendario Regni Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et
Martyris Equiti datum.

Judicatus Terrestris Palatinatus Calisiensis post
fata Gsi Feliciani Wierzchlejski vacans Generoso Francisco
Xaverio Minorski Notario Terrestri Calisiensi et ex eodem
Palatinatu ad Comitia praesentia Nuntio uni ex quatuor
Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a

Significamus &a. Quod cum Dignitarii Officiales
Universaque Nobilitas Palatinatus Calissiensis, pro Jure
et instituto Regni Nostri ad vacantem post fata
Gsi Feliciani Wienchleyski Judicatum Terrestrem
Calissiensem per Instrumentum Electionis Suæ Authen-
ticum inter quatuor Canditatos Viros huic Officio
gerendo idoneos Generosum Franciscum Xaverium
Mikorski Notarium Terrestrem Calissiensem et ed eo-
dem Palatinatu ad Comitia præsentia Nuntium
Nobis proposuerint Nos rationem habentes merito-
rum præfati Gsi Francisci Xaverii Mikorski Notarii
Terrestris Calissiensis faciendum esse duximus ut
ipsi memoratum Judicatum Terrestrem Calissiensem
daremus et conferremus, prout quidem cum omni-
bus juribus, prærogativis, Muniis immunitatibus
de lege antiquaque praxi ad hocce munus pertinen-
tibus ad extrema vitæ Suæ tempora vel altiores ali-
cujus Officii assecutionem tenendum habendum et
obeundum damus et conferimus præsentibus Literis
Nostris. Quod omnibus quorum interest præsertim
vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis
Officialibusque Universæque Nobilitati Palatinatus
Calissiensis notum esse, volentes mandamus, quatenus
præfatum Generosum Franciscum Xaverium Mikorski
abhinc pro vero legitimo et actuali Judice Terrestri
Calissiensi habeant, nominent et agnoscant ejque
debito juribus, prærogativis hocce munus concer-
nentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi
curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsen-
tes Manu Sa Datum Varsaviæ die XXV mensis
Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri
XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Præsentatio Venerabilis
Joachimi Dembowski
Archidiaconi Metropoli-
tani Gnesnensis ad Prepo-
situram Cathedralem Vla-
dislaviensem Diœcesis Cu-
javiensis post liberam Re-
signationem Admodum Rdi
in Christo Patris Adalberti
Skarszewski Nominati Episco-
pi Lublinensis et Helmen-
sis illius ultimi et immedia-
ti Possesoris vacantem.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &.
Admodum Reverende in Christo Patri Josepho Ry-
binski Episcopo Vladislaviensis et Pomeraniæ Sin-
cero Nobis dilecto, aut suæ sinceritatis Vicario in
Spi-

Spiritualibus et Officiali Generali sive alteri cuipiam
ad infrascripta potestatem habenti Gratiam Nostram
Regiam. Admodum Reverende in Christo Pater sincè-
re Nobis dilecte! Vacat ad præsens Præpositura Ecclesiæ
Cathedralis Vladislaviensis Diœcesis Sinceritatis Vestræ
Juris vero Patronatus et collationis Nostræ Regiæ, idque
post liberam Resignationem Admodum Reverendi in
Christo Patris Adalberti Skarszewski Nominati Episco-
pi Lublinensis et Helmensis, illius ultimi et immedia-
ti Possessoris, ad quam quidem Præposituram modo
præmisso vacantem Nos pro jure Nostro quod No-
bis desuper competit Venerabilem Joachimum
Dembowski Archidiaconum Metropolitanum Gnes-
nensem de probitate vita sufficienti doctrina opti-
me Nobis commendatum Sinceritati Vestræ præ-
standum esse duximus, prout quidem præsentamus
hisce Literis Nostris. Requirentes Sinceritatem Vest-
ram, quatenus hunc et non alium ad dictam
Præposituram Cathedralem Vladislaviensem
instituat et investiat Curam administrationem
Spiritualium et regimen temporalium rerum
plenarie eidem committendo, prout id ad Offi-
cium Sinceritatis Vestræ spectare dignoscitur.
In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XXVI.
mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni
vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Munus Camerarii S. R. M.tis
Generoso Marco Comiti Zuccato
Capitaneo Regiminis Equestris
Generosi Principis de Würtem-
berg datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.
Significamus præsentibus Literis Nostris &c. Quam volu-
pe habeamus præstantes virtute viros obsequiis Nostris
admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum re-
commendatione. Cum itaque Generosum Marcum
Comitem Zuccato Capitaneum Regiminis Equestris Ge-
nerosi Principis de Würtemberg, quem fidelitas pro-
bitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum de
Nobis bene merendi studium commendabilem reddunt
propiis obsequiis Nostris admovendum esse duximus
admovemusque et Munere Camerarii Nostri condeco-
ramus in Numerum Camerariorum Nostrorum
inscribimus et cooptamus, præsentibus Litteris Nos-
tris, Dantes et concedentes eidem Generoso Marco
Comiti Zuccato Capitaneo Regiminis Equestris Gene-
rosi Principis de Würtemberg plenam et omni-
mo-

modam potestatem facultatemque omnibus juribus prærogativis, Muniis, immunitatibus, quibus cæteri Aulæ Nostræ Camerarii de Legum præscripto et usu antiquo gaudent et fruuntur plenojure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitæ Suæ tempora vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ Mareschalcis, cæterisque Generosis Aulæ Nostræ Officialibus notum esse volentes, mandamus, quatenus præfatum Generosum Marcum Comitem Lucato abhinc pro vero, legitimo et actuali Camerario Nostro, habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus prærogativis, Muniis, immunitatibus, hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra. In quorum fidem præsentes &. Datum Varsaviæ Die XXVII mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometræ jurati
Sa Ra Mtis Generoso Adalberto
Dąbrowski datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.

Significamus præsentibus &c. Quia Nos commendatam habentes Generosi Adalberti Dąbrowski, in Arte Geometrica Scientiam, in delineatione Mapparum peritiam in dimensuratione fundorum habilitatem ac industriam, faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Adalberto Dąbrowski plenam et omnimodam potestatem, Muniis Geometræ jurati et publici per totum Regnum exercendi fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque actus Geometræ jurati secundum Leges et Constitutiones competentes exercendi et debito modo explendi, illiusque dimensurationibus, distimitationibus, delineationibus, et ejus aliis actibus ad Legale Officium Geometræ jurati et publici pertinentibus ubique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen, ut juramentum corporale, de fideliter administrando Officio Geometræ coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi præstare teneatur, et sit Astrictus. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus

Gene-

Generosis Dignitariis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis ac Officiis, tum Magistratibus Civitatum et oppidorum Regni nostri notum esse volentes mandamus, quatenus eundem Generosum Adalbertum Dąbrowski pro vero legitimo Geometra jurato habeant et agnoscant, eidemque Officio hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes &c. Datum Varsaviae Die XXVIII. mensis Januarii, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Praesentatio V. Josephi Gembarth Canonici Metropolitani Gnesnensis, ad Primiceriatum Metropolit. Gnesnen. post liberam resignationem V. Michaelis Sołtyk Decani Cathlis Cracov. Supremi Regni Referendarii.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c. Reverendissimo in Christo Patri, Domino Michaeli Principi Poniatowski, Archi Episcopo Gnesnensi, Legato nato Regni Nostri, et Magni Ducatus Lithvaniae Primati, Primoque Principi, seu alteri cuipiam ad infrascripta potestatem habenti: Gratiam Nostram Regiam. Reverendissime in Christo Pater, sincere Nobis dilecte! Vacat ad praesens Primiceriatus Ecclesiae Metropolitanae Gnesnensis, Collationis Nostrae Regiae, idque post liberam resignationem V. Michaelis Sołtyk Decani Cathedralis Cracoviensis, Supremi Regni Nostri Referendarii, illius ultimi, et immediati Possessoris, ad quem quidem Primiceriatum, modo praemisso vacantem, Nos pro Jure Nostro, quod Nobis desuper competit V. Josephum Gembarth dictae Metropolitanae Ecclesiae Canonicum de probitate vita et doctrina optime commendatum, Sinceritati Vestrae praesentandum esse duximus, prout quidem hisce Literis Nostris praesentamus, requirentes Sinceritatem Vestram, ut hunc et non alium ad dictum Primiceriatum instituat, ac investiat, administrationem Spiritualium, et regimen temporalium rerum plene eidem committendo, prout id, ad Officium Sinceritatis Vestrae spectare dignoscitur. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XXIX. Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

21.

Munus Camerarii S^ae R^ae M^tis Generoso Felici Jasiński confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus praesentibus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros, obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Felicem Jasiński, quem fidelitas, probitas in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi studium, commendabilem reddunt propius obsequiis Nostris, admovendum esse duximus, admovemusq[ue] et Munere Camerarii Nostri condecoramus, in numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus literis nostris dantes et concedentes eidem Generoso Felici Jasiński, plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto, et usu antiquo gaudent, et fruuntur, pleno jure gaudendi, et uti fruendi ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis, caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Felicem Jasiński, abhinc pro vero legitimo et Actuali Camerario Nostro habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus praerogativis, Muniis, immunitatibus huice Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae, Die XXIX mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S^ae R^ae M^tis Generoso Ignatio Jasiński confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere accedente

dente ad id Consiliariorum Nostrorum recommenda-
tione. Cumitaque Generosum Ignatium Jasiński
quem fidelitas probitas in rebus agendis capaci-
tas ac promptum de Nobis benemerendi Stu-
dium commendabilem reddunt propius Nostris
obsequiis admovendum esse duximus admovemusq
et Munere Camerarii Nostri condecoramus in Nu-
merum Camerariorum Nostrorum inscribimus et
cooptamus praesentibus Literis nostris, dantes et
concedentes eidem Generoso Ignatio Jasiński, ple-
nam et omnimodam potestatem facultatemque
omnibus juribus praerogativis, muniis, immu-
nitatibus, quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii
de legum praescripto et usu antiquo gaudent et
fruuntur pleno jure gaudendi et uti fruendi
ad extremam Vitae suae tempora vel altioris alicujus
Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omni-
bus quorum interest, praesertim vero Magnificis
Regni et M. D. Lithuaniae Mareschalcis caeterisque
Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse
volentes mandamus, quatenus praefatum Gnum
Ignatium Jasiński abhinc pro vero legitimo
et actuali Camerario Nostro habeant nominent,
et agnoscant ejque de loco juribus praerogati-
vis, Muniis, immunitatibus huic muneri con-
venientibus et ipsi respondeant et ab aliis re-
spondiri curent pro Gratia Nostra. In quo-
rum fidem &c Datum Varsaviae die 1. mensis
Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni
vero nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 4. mensis Februarii 1791.

Munus Camerarii Sacrae Regiae Majestatis Generoso Antonio Grudziński confertur.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Francisco Jeto Maliński Camerario Sacrae Regiae Majestatis datur.

d. 4 mensis Februarii, 1791.

Palatinatus Terrarum Russiae post liberam resignationem Magnifici Stanislai Felicis Potocki vacans Generoso Joanni Kicki Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai confertur.

Stanislaus Augustus Dei gratia

23.

Significamus praesentibus &c Quia Nos habito respectu
insignium meritorum Generosi Joannis Kicki Ordi-
num Aquila Alba et Sancti Stanislai Equitis No-
bis et Reipublicae variis in functionibus publicis
intaminata fide praestitorum faciendum esse
duximus ut ipsi Palatinatum Terrarum Rus-
siae post liberam resignationem Magnifici Sta-
nislai Felicis Potocki vacantem in vigore con-
stitutionis in Comitiis praesentibus Sancita ad
dispositionem Nostram Regiam devolutum dare-
mus et conferremus prout quidem cum omnibus
juribus praerogativis, muniis, immunitatibus
de lege et antiqua praxi ad huncce Palatinatum
spectantibus ad extrema vitae Suae tempora
vel altioris alicujus Dignitatis assecutionem
tenendum, habendum et obeundum damus et
conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod
omnibus quorum interest, praesertim vero Mag-
nificis Senatoribus, Gsis Dignitariis Officia-
libus, Universaeque Nobilitati Palatinatus
Terrarum Russiae notum esse volentes manda-
mus, ut praefatum Gsum Joannem Kicki ab
hinc pro vero legitimo Palatino Terrarum
Russiae habeant, nominent et agnoscant eique
de loco juribus praerogativis huncce Dignita-
tem concernentibus et ipsi respondeant et
ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra.
In quorum fidem &c Datum Varsaviae
die IV mensis Februarii Anno Domini
MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.
Stanislaus Augustus Rex

Palatinatus Belzensis
post liberam resignationem
Magnifici Michaelis Comi-
tis Borch Ordinum Aqui-
la alba et Sancti Stani-
slai Equitis vacans Gene-
roso Theodoro Potocki
Generali majori Exercitus
Regni Proprietario Regi-
minis Nominis Familiae
Potocki Capitaneo Olsztyn-
ensi Ordinum Aquila
alba et Sancti Stanislai
confertur.

Stanislaus Augustus Dei G.
Significamus &c Quia Nos habito respectu insi-
gnium

gnium meritorum Generosi Theodori Potocki Genera-
lis majoris Exercitus Regni Proprietarii Regiminis
Nominis Familiae Potocki Capitanei Olstynensis
Ordinum Aquilae albae et Sancti Stanislai Equitis
Nobis et Reipublicae intaminata fide praestitorum
faciendum esse duximus ut ipsi Palatinatum Bet-
zensem post liberam resignationem Magnifici Mi-
chaelis Comitis Borch Equitis Ordinum Aquilae albae
et Sancti Stanislai vacantem et mente Legis in
Comitiis praesentibus Sancita ad dispositionem No-
stram Regiam devolutum daremus et conferremus
prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis,
Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi
ad hunce Palatinatum spectantibus ad extrema
vitae suae tempora, vel altioris alicuius Dignitatis
assecutionem tenendum habendum et obeundum
Damus et conferimus praesentibus Literis nostris.
Quod omnibus quorum interest ad notitiam de-
ducendi, praesertim vero Magnificis Senatoribus
Generosis Dignitariis Officialibus, Universaeque No-
bilitati Palatinatus Betzensis mandamus ut
praefatum Generosum Theodorum Potocki abtunc
pro vero legitimo et actuali Palatino Betzensi
habeant, nominent et agnoscant eique de loco juri-
bus praerogativis hancce Dignitatem concernenti-
bus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent
pro Gratia. In quorum fidem &c. Datum Var-
saviae die V. mensis Februarii Anno Domini
MDCCXCI Regni vero nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Tribunatus Minor Pala-
tinatus Lublinensis post
ascensum Generosi Casimiri
Jastrzębski ad Ensiferatum
Lublinensem vacans Genero-
so Vladislao Iżycki The-
saurario ejusdem Palatina-
tus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c. Quia Nos habito respectu merito-
rum Generosi Vladislai Iżycki Thesaurarii Pala-
tinatus Lublinensis faciendum esse duximus
ut ipsi Tribunatum minorem Lublinensem post
ascensum Generosi Casimiri Jastrzębski ad En-
siferatum ejusdem Palatinatus vacantem et ad
dispo-

dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis Officialibus Universaeque Nobilitati Palatinatus Lublinensis notum esse volentes mandamus, ut praefatum Gdum Vladislaum Izycki abhinc pro vero legitimo et Actuali Tribuno minore Lublinensi habeant et agnoscant eique debe loco juribus praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis respondeneri curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die V. mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 7. Februarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, Generoso Michaeli Bernistawski Camerario S. R. Mtis datur.

Dapiferatus Palatinatus Posnaniensis, post ascensum Generosi Ignatii Zakrzewski ad Vexilliferatum ejusdem Palatinatus vacans Generoso Celestino Sokolnicki, Pocillatori Posnaniensis, et eodem Palatinatu ad Comitia praesentia Nuntio confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Celestini Sokolnicki, Pocillatoris Posnaniensis, faciendum esse duximus, ut ipsi Dapiferatum Palatinatus Posnaniensis, post ascensum Generosi Ignatii Zakrzewski, ad Vexilliferatum ejusdem Palatinatus vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum, daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi, ad hocce munus pertinentibus, ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum

undum, Damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Posnaniensis, notum esse volentes, mandamus, quatenus praefatum Generosum Celestinum Sokolnicki, abhinc pro vero, legitimo et actuali Dapifero Posnaniensi, habeant, nominent et agnoscant, ejque debito loco juribus, praerogativis, huic muneri concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent, pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae Die VIII mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 10 Mensis Februarii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Venerabili Bernardo Niegolewski Abbati Andrzejoviensi datum.

d. 10 Mensis Februarii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Ignatio Miączynski Camerario S^{ae} R^{ae} M^{tis} Datum.

d. 10 Mensis Februarii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Cypriano Rokossowski Camerario S^{ae} R^{ae} M^{tis} Rothmagistro Cavaleria Nationalis Exercitus Regni Datum.

Munus Burgrabiatus in Civitate Regia Gedanensi Nobili ac Spectabili Joanni Hieronimo Broen Consuli Civitatis ejusdem confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c. Quod cum Nobilis ac Spectabilis Magistratus Gedanensis Literis suis Nobis, quatenus Burgrabium ejusdem Civitatis pro Anno nunc currenti constitueremus supplicaverit ac e medio sui in Candidatos more et consvetudine antiqua intercedente Nobis praesentaverit ut unum ex octo Candidatis Regimini ejusdem Officii idoneum praefigeremus submisse petierit Nos Nobilis ac Spectabilis Joannis Hieronymi Broen Consulis ejusdem Civitatis singularem erga Nos fidem, in rebus gerendis dexteritatem ac

in

in promovendo bono publico Civitatis Nostræ Gedanensis sedulitatem et prudentiam commendatam habentes ejdem hocce Officium Burgrabiatus pro Anno nunc currenti conferendum esse duximus, prout quidem cum omni Jurisdictione Burgrabiali nec non Juribus prærogativis obventionibus ejdem Officio ex præscripto Jurium Civitatis Gedanensis, ac ex recepto usu servientibus per integrum Unius Anni Spatium tenendum, habendum, et obeundum damus et conferrimus præsentibus Litteris Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Nobili ac Spectabili Magistratui totique Communitati Civitatis Nostræ Gedanensis ad notitiam deducendo mandamus, quatenus suprascriptum Nobilem ac Spectabilem Joannem Hieronymum Broen e medio Candidatorum, pro electo Burgrabio et confirmato habeant, nominent et agnoscant, ejque in omnibus quæ ad Jurisdictionem Burgrabialem spectant et pertinent peragant et obtemperent. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ D. X. mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI, Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Literæ Burgrabiales ad Civitatem Gedanensem.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti. Quod a Nobis demisse Fidelitates Vestræ petierunt ut Burgrabium pro hoc Anno in Civitate Nostra Gedanensi, secundum receptum consvetudinem constitueremus, qui Nomine Nostro Jura et Judicia Civitatis tueretur. Cætera quæ ad munus hoc pertinent diligenter et fideliter administret id more recepto benigne facimus et ad hocce Officium ex bene Candidatis Nobis, per Fidelitates Vestras propositis Privilegio Nostro designavimus Nobilem ac Spectabilem Joannem Hieronymum Broen Consulem ejusdem Civitatis, cujus egregium benemerendi studium commendatum habemus. Hunc igitur Fidelitates Vestræ pro legitimo suo Burgrabio habeant, et eum illi honorem tribuant, quem Officium hoc jure sibi tribui postulat. Quod quidem Fidelitates Vestræ ex ipso Privilegio fusius intelligent. De cætero Fidelitates Vestras benevalere cupimus. Dabantur Varsaviæ Die X mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

20.

Diploma pro Equite Ordinis Aquila alba Magnifico Casimiro Bogatko Castellano Crusvicicensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

d. XI. mensis Februarii 1791.

Dignitas Supremi Regni Thesaurarii provacanti judicialiter declarata Magnifico Rocho de Glogowa Kossoski Thesaurario Curia Regni confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus Literis Nostris etc. Cum inter alias Nostras Regias solicitudines hanc sane non postremam esse arbitramur ut Officiis publicis praeficiamus ejusmodi Viros qui rebus commissis, apti idoneique esse agnoscantur, tanto magis ut sit ad Munus invigilandi tuendique publici Aerarii tam proliae adaucti, in quo totius Regni Nostri consistit robur et existentia, provocanda apta Persona, teneritudo Nostra et Perspicacissima cura nec esse desinet. Qua propter decisione Comitialis Judicii pro vacante declaratum Supremi Regni Nostri Thesaurarii Munus nec aptiori Viro dotibusque idoneis dotato conferre in Animum induximus prout defacto hocce literali Nostro Documento publice in Conventu Ordinum verbo tenus declaratam Nostram voluntatem realisando ad Suscipiendam gravem hancce Dignitatem Supremi Regni Nostri Polonia Thesaurarii provocamus Magnificum Rochum de Glogowa Kossowski Thesaurarium Curia Nostra Regni Polonia Varsoviensem Capitaneum qui exempla majorum et Genitoris Sui secutus ad Officium Thesaurarii Curia provocatus, Studiis in Patriam fidelitate Praedecessori Nostro ac Nobis per sex fere lustra in hoc solum Officio prae caeteris operam continuo navavit Thesauri Nostri et post Reipublicae Gubernacula suscepit et custodiendo Aeri publico intaminata fide, Vires suas omnes impendit Calamitati Gentis praesens questus abhorruit hunceque Virum pro vero actuali et legitimo Supremo Regni Nostri Thesaurario cum omnibus muneris praerogativis, immunitatibus pro Jure Nostro Regali Nobis ab initio Susceptorum Regni Gubernaculorum servienti et in Comitiis degentibus

bus solemniter corroborato Denuntiamus et nominamus mandantes ut omnes Subditi Regni Nostri unmoquivis Regnicolæ eum in hac Dignitate et Munere Supremi Thesaurarii esse agnoscant, ejque de omnibus juribus, prærogativis respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes Manu nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die XI. mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometræ jurati
Sacræ Regiæ Majestatis Generoso Mathiæ
Migurski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus præsentibus &c Quod cum per Literas testimoniales Venerabilis Josephi Szabel Sacræ Theologiæ Doctoris, Canonici Cathedralis Plocensis, Collegiatæ Sanctæ Annæ, Cracoviensis Archidiaconi, Præpositi Przemyslowiensis, Academiæ Cracoviensis Rectoris sub die 12 mensis Julii Anno 1790 exhibitas commendatam habeamus, Generosi Mathiæ Migurski in arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem, ac industriam faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram Nostrum juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus præsentibus Literis Nostris dantes et concedentes, ejdem Generoso Migurski plenam facultatem, potestatemque Munus Geometræ jurati et Publici per totum Regnum, cæterasque Ditiones Nostras, exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque Actus Geometræ secundum Leges et constitutiones competentes peragendi, et debito modo explendi, illiusque dimensurationibus, delineationibus, et aliis actibus ad legale Officium Geometræ jurati et publici pertinentibus ubique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam fidem adhibendam esse declaramus. Ita tamen, ut Juramentum corporale, de fideliter Administrando Munere Geometræ coram quocunque Officio, sive Terrestri sive Castrensi præstare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus Genero

sis

-sis Dignitariis, Officialibus, necnon Judiciis qui-
busvis et Officiis tum Magistratibus Civitatum
et oppidorum Regni nostri notum esse volentes
mandamus, ut praefatum Generosum Mathiam
Migurski, abhinc pro vero legitimo, et actuali
Geometra jurato habeant, nominent, et ag-
noscant, eique de loco juribus, praerogativis
horce muneris concernentibus, et ipsi respon-
deant et ab aliis responderi curent pro Gra-
tia nostra. In quorum fidem &c Datum
Varsaviae die XII mensis Februarii Anno Do-
mini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 12. mensis Februarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Magnifico Onuphrio Morski Castellano Camenecensi datum.

d. 14. Mensis Februarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai, Episcopi et Martyris, Generoso Joanni Darowski, Subiudici Terrestri Sandomiriensi datum.

Munus Camerarii S. R. M.tis Generoso Josepho Hersztopski Judicida Terrestri Uschovensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c Quam volupe habeamus praestan-
tes virtute viros obsequiis Nostris admovere ac-
cedente ad id Consiliariorum Nostrorum recom-
mendatione. Cum itaque Generosum Josephum
Herszstopski Judicidam Terrestrem Uschoven-
sem quem fidelitas &c Dantes et concedentes
eidem Generoso Josepho Herszstopski plenam
et omnimodam potestatem &c. Quod omni-
bus &c mandamus, quatenus praefatum
Generosum Josephum Herszstopski abhinc &c
In quorum fidem &c Datum Varsaviae
die XIV. mensis Februarii Anno Domini
MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M.tis Generoso Joanni Korybut Daszkiewicz confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Signifi-

Significamus Qc Quam volupe habeamus praestantes
virtute Viros, obsequiis Nostris admovere accedente ad id
Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum
itaque Generosum Joannem Korybut Daszkiewicz
quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas,
ac promtum de Nobis benemerendi studium com-
mendabilem reddunt propius obsequiis Nostris ad-
movendum esse duximus, admovemusque, et Mu-
nere Camerarii Nostri condecoramus in Nume-
rum Camerariorum Nostrorum inscribimus et
cooptamus, praesentibus Literis Nostris, Dantes
et concedentes, eidem Generoso Joanni Korybut
Daszkiewicz, plenam et omnimodam potesta-
tem facultatemque omnibus juribus, praeroga-
tivis, muniis, immunitatibus quibus caeteri
Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto,
et usu antiquo gaudent, et fruuntur, pleno
jure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitae
suae tempora, vel altioris alicujus Dignita-
tis aut Officii assecutionem. Quod omnibus
quorum interest, praesertim vero Magnifi-
cis Regni, et Magni Ducatus Lithvaniae Ma-
reschalcis, caeterisque Generosis Aulae Nostrae
Officialibus, notum esse volentes mandamus,
quatenus praefatum Generosum Joannem
Korybut Daszkiewicz, abhinc pro vero le-
gitimo et actuali Camerario Nostro habeant,
nominent, et agnoscant eique de loco juri-
bus, praerogativis, muniis, immunitatibus,
hocce munus concernentibus et ipsi respon-
deant et ab aliis responderi curent pro Gra-
tia Nostra. In quorum fidem, praesentes
manu nostra subscriptas Sigillo Regni
communiri jussimus. Datum Varsaviae
die XV. mensis Februarii Anno Domini
MDCCXC. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Consensus Superinscribenda Coadjutoria Beneficii
Curati Ciechanoviensis
Venerabili Matthaeo Rydzew-
ski Ecclesiae Parochialis Ciecha-
noviensis Curato favore Ve-
nerabilis Ludovici Dzierza-
nowski Canonici Cathedralis
Smolenscia.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Signifi-

Significamus &c. Quod cum Venerabilis Matthaeus
Rydzewski Ecclesiae Parochialis in Oppido Nostro
Regali Ciechanow Dioecesis Plocensis Curatus ob
rationes animum suum permoventes Venerabi-
lem Ludovicum Dzierzanowski Canonicum Hono-
rarium Cathedralem Smolenscensem in Coadjuto-
rem suum cum futura Successione praenomina-
ti Beneficii Curati Ciechanoviensis Juris Patro-
natus Nostri Regni assumere proposuisset sup-
plicavitque Nobis ut Supradictam Coadjutoriam
assensum Nostrum Regium dare et concedere
dignaremur. Cui supplicationi benigne annuen-
tes habentesque memorati Venerabilis Ludovici
Dzierzanowski morum integritatem generis cla-
ritatem ac vitae probitatem optime commen-
datas libenter in praefatam Coadjutoriam
consentiendum esse duximus, consentimusque
prisce literis Nostris Ita ut vigore istius Consen-
sus seu Praesentationis Nostrae haec praefata
Coadjutoria gaudeat et si praenominatus
Venerabilis Matthaeus Rydzewski Curatus Cie-
chanoviensis fatis cesserit aut idem beneficium
Ciechanoviense resignaverit alia praesentatio-
ne seu nominatione Nostra Regia praedictus
Venerabilis Dzierzanowski ad idem Benefi-
cium Ciechanoviense, opus non habeat, sed pro
eo casu praesentes literae nostrae ei loco praesen-
tationis suffragentur. Quod ad notitiam om-
nium et singulorum praesertim vero ad quos
Institutio et Introductio spectat deducamus
requirentes ut post obtentas super eo a Sede
Apostolica Bullas Venerabilem Ludovicum
Dzierzanowski in Coadjutorem suum cum
futura Successione recipiant vel facta ante
expeditionem Bullarum aliquomodo vacatione
praefati Beneficii ad vacantem instituant in-
vestiant introducant et alia juxta praescrip-
tum Juris faciant et exequantur. In quorum
fidem &c. Datum Varsaviae die XVI. mensis
Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero
Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 18 mensis Februarii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis
Sancti Stanislai Episcopi
et Martyris Generoso Pio
Boreyko Succamerario Laty-
czoviensi datum.

Thesaurariatus Districtus
Zytomiriensis in Palatinatu
Kijoviae

33.

Kijovię post liberam resignationem Generosi Pauli Pruszyński vacans Generoso Christophoro Czaykowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c Quia nos habito respectu meritorum Generosi Christophori Czaykowski Idoneum esse duximus, ut ipsi Thesaurariatum Żytomiriensem, post liberam resignationem Generosi Pauli Pruszyński vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ sue tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum, et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Kijovię, et signanter Districtu Żytomiriensis notum esse volentes mandamus, ut præfatum Generosum Christophorum Czaykowski, ab hinc pro vero legitimo, et actuali Thesaurario Żytomirien. habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis, houc munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra. In quorum fidem præsentes &c Datum Varsavię die XXII. mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Stolnikowstwo Xięztwa Inflantskiego po śmierci Wo Józefata Szyszty, Stolnika zwakuiące Urodzonemu Raymundowi Łabuńskiemu confertur.

Stanisław August z Bożey

Oznaymuiemy tym Listem Przywileiem Naszym wszem &c Iż My maiąc wzgląd na Zasługi Urodzonego Raymunda Łabuńskiego Nam i Rzpltey

i Rzętelnie okazane Umyslilismy onemu Stolnikowstwo Xięztwa Inflantskiego post fata Urodz. Jozefata Szyszty wakuiące i do Szafunku Naszego przypadłe dać i konferować. Jakoż niniejszym Listem Przywileiem Naszym daiemy i konferuiemy, do dni życia iego lub do dostąpienia wyższey Godności. Chcąc mieć po Wielmożnych Senatorach i Urodzonych Dignitarzach, Urzędnikach ziemskich, Grodzkich, Rycerstwie, Szlachcie, obywatelach Xięztwa Inflantskiego aby odtąd Urodzonego Raymunda Łabuńskiego za prawdziwego i aktualnego Stolnika mieli znali onemu przyzwoitego miejsca Urzędowi Stolnikowstwa staralisię ustępowali i aby ustępowano - Na wdła Łaski Naszey Królewskiey. Na dla lepszey ważności ten Przywiley Ręką własną podpisawszy Pieczęcią Koronną i W. X. Litt. przycisnąć rozkazaliśmy. Dan w Warszawie dnia XXIV miesiąca Lutego Roku Pańskiego MDCCXCI. Panowania Naszego XXVII. Roku.

Stanisław August Król.

Die XXIV mensis Februarii 1791.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Francisco Rokozinski Notario Terrestri Luceoriensi datur.

Die XXV mensis Februarii 1791.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Antonio Puławski Rothmagistro Cavaloriæ nationalis Regni datur.

Die 25 mensis Februarii 1791.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Venerabili Joanni Cantio Padhorodenski Archidiacono Luceoriensi et Commissionis Civilis Bellica Districtus Vladimiriensis Commissario datum.

Die 25 mensis Februarii 1791.
Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Vincentio Gostkowski anteacto Judici Castrensi Ostrzeszoviensi datum.

Subiudicatus Terrestris Terræ Bielsciensis

Bielscensis, post liberam Resignationem Generosi Pauli Roszkowski vacans Generoso Apollinario Dzierzek Camerario Terrestri, et Commissionis Civilis Bellicæ ejusdem Terræ Commissario, uni ex quatuor Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus præsentibus &c. Quod cum Dignitarii Officiales, Universaque Nobilitas Terræ Bielscensis pro jure et instituto Regni Nostri ad vacantem, post liberam resignationem Generosi Pauli Roszkowski Subiudicatum Terrestrem Bielscensem, per Instrumentum Electionis suæ Authenticum, inter quatuor Candidatos, viros huic Officio gerendo idoneos, Generosum Apollinarum Dzierzek Camerarium Terrestrem et Commissionis Civilis Bellicæ, Terræ Bielscensis. Commissarium Nobis proposuerint. Nos rationem habentes meritorum præfati Generosi Apollinari Dzierzek faciendum esse duximus, ut ipsi memoratum Subiudicatum Terrestrem Bielscensem, daremus, et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi, ad hocce Munus pertinentibus, ad extremum vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus literis Nostris. Quod omnibus quorum interest præsertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Blachiæ, et signanter Terræ Bielscensis, notum esse volentes mandamus, quatenus, præfatum Generosum Apollinarum Dzierzek, ab hinc pro vero, legitimo et actuali Subiudice Terrestri Bielscensi, habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XXVI mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Praesentatio Venerabilis Nicolai Reddig ad Ecclesiam Parochialem in Głusk Dioecesis Posnaniensis post liberam resignationem Venerabilis Simonis Gotti illius ultimi et immediati Possessoris vacantem.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Admodum Reverendo in Christo Patri Antonio Onuphrio Okęcki Episcopo Posnaniensi et Varsaviensi sincere Nobis dilecto aut Suae Sinceritatis Vicario in Spiritualibus vel Officiali Generali, sive alteri cuipiam ad infra scripta potestatem habenti Gratiam Nostram Regiam. Admodum Reverende in Christo Pater sincere Nobis dilecte! Vacat ad praesens Ecclesia Parochialis in Głusk Dioecesis Sinceritatis Vestrae Juris vero Patronatus et Collationis Nostrae Regiae idque post liberam resignationem Venerabilis Simonis Gotti illius ultimi et immediati Possessoris, ad quam quidem Ecclesiam modo praemisso vacantem, Nos pro Jure Nostro quod Nobis desuper competit Venerabilem Nicolaum Reddig de probitate vitae sufficienti doctrina optime Nobis commendatum Sinceritati Vestrae praesentandum esse duximus prout quidem praesentamus hisce Literis Nostris requirentes Sinceritatem Vestram, quatenus hunc et non alium ad dictam Ecclesiam Parochialem in Głusk instituat et investiat Curam Animarum Administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum eidem plenarie committendo prout id ad Officium Sinceritatis Vestrae spectare dignoscitur. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XXVII mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI Regni Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Praesentatio Venerabilis Josephi Druzymiński, Ecclesiae Parochialis in Troszyn curati ad Ecclesiam Parochialem in Ulan Dioecesis Helmensis ac Lublinensis post resignationem illius per Venerabilem Ignatium Rudzieński, ultimum ac immediatum eiusdem Possessorem.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Admodum Reverendo in Christo Patri Adalberto Leszczyc Skarszewski Episcopo Helmensi ac Lubli-

nensi

nensi, sincere Nobis dilecte, aut Sinceritatis suæ Vicario
in Spiritualibus, et Officiali Generali Lublinensi aut
alteri cuipiam ad infrascripta potestatem habenti Gra-
tiam Nostram Regiam. Admodum Reverende in Christo
Pater sincere Nobis dilecte! Vacat ad præsens Ecclesia
Parochialis in Ulan, Diœcesis nunc Lublinensis, idque
post resignationem illius per Venerabilem Ignatium
Rudziński ultimum ac immediatum ejusdem Posses-
sorem, ad quem quidem Ecclesiam Parochialem mo-
do præmisso vacantem Nos pro jure Nostro quod Nobis
desuper competit Venerabilem Josephum Duszymiń-
ski, Ecclesiæ Parochialis in Troszyn Curatum, de probi-
tate vitæ ac doctrina commendatum, Sinceritati Vestræ
præsentandum esse duximus, postquidem hisce
Literis Nostris præsentamus requirentes Sincerita-
tem Vestram ut hunc et non alium ad dictam
Ecclesiam Parochialem instituat ac investiat,
Administrationem Spiritualium, et Regimen
temporalium rerum eidem pleno committendo
prout id ad Officium Sinceritatis Vestræ spec-
tare dignoscitur. In quorum fidem præsentes &
Datum Varsaviæ die III mensis martii Anno
Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 3. mensis Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Episco-
pi et Martyris Generoso
Josepho Comiti Rogaliń-
ski datur.

Munus Consiliarii Aulici
Generoso Friderico Comstadius
confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus præsentibus &c. Quia Nos commendatas
habentes Generosi Friderici Comstadius Animi dotes,
literarum peritiam, ac in rebus agendis dexteritatem
visum nobis est, ut ipsi munus Consiliarii Nostri
daremus et conferremus, prout quidem damus et
conferimus, tituloque Consiliarii Nostri insignimus
præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes
eidem Generoso Friderico Comstadius plenam et o-
mnimodam facultatem, potestatemque omnibus
juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, qui-
bus Cæteri Aulæ Nostræ Consiliarii, de legum præ-
scripto et usu antiquo gaudent et fruuntur, ple-
no jure gaudendi et uti fruendi ad extrema
vitæ suæ tempora. Quod omnibus quorum in-
terest, præsertim vero Magnificis Regni, et
Magni Ducatus Lithvaniæ Mareschalcis, cæteris-
que Generosis Aulæ Nostræ Officialibus, no-
tum esse volentes, mandamus, quatenus præ-

fatum

fatum Generosum Fridericum Comstadius, abhinc pro vero, legitimo et actuali Consiliario nostro habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus prærogativis hocce munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die 10. mensis Martii Anno Domini MDCCXCI Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Burgrabiatus, in Civitate Thorunensi, Nobili ac Spectabili Samueli Luthero Geret Consuli ejusdem Civitatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus præsentibus literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quod cum Nobilis ac Spectabilis Magistratus Thorunensis, literis suis Nobis, quatenus Burgrabium ejusdem Civitatis, pro Anno nunc currenti constitueremus, supplicaverit, ac e medio sui in Candidatos, more et consvetudine antiqua intercedente, Nobis præsentaverit, ut unum ex quatuor Candidatis Regiminis ejusdem Officii idoneum, præfigeremus, submisse petierit. Nos Nobilis ac Spectabilis Samuelis Luthori Geret Consulis ejusdem Civitatis, singularem erga Nos fidem, in rebus gerendis dexteritatem, ac in promovendo bono publico Civitatis Nostræ Thorunensis sedulitatem et prudentiam commendatam habentes, Eidem hocce Officium Burgrabiatus pro Anno nunc currenti conferendum esse duximus, prout quidem cum omni Jurisdictione Burgrabiali, necnon juribus, prærogativis, obventionibus eidem Officio ex præscripto Jurium Civitatis Thorunensis ex recepto usu servientibus, per integrum unius Anni Spatium, tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Nobili ac Spectabili Magistratui, totique Communitati Civitatis Nostræ Thorunensis, ad notitiam deducendo mandamus, quatenus suprascriptum Nobilem ac Spectabilem Samuelem Lutherum Geret, e medio Candidatorum pro Electo Burgrabio, et confirmato habeant,

beant, nominent, et agnoscant, eique in omnibusque ad Jurisdictionem Burgrabialem spectant et pertinent, peragant et obtemperent. In quorum fidem, praesentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die IV Mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII anno — 39.

Stanislaus Augustus Rex.

Literae Burgrabiales ad Civitatem Thorunensem.

Stanislaus Augustus Dei Gr

Nobiles ac Spectabiles fideliter Nobis dilecti, Quod a Nobis demisse Fidelitates Vestrae petierunt, ut Burgrabium pro hoc anno in Civitatis Nostrae Thorunensi, secundum receptam consuetudinem constitueremus qui Nomine Nostro Jura et Judicia Civitatis tueretur, caetera quae ad Munus hoc pertinent diligenter, et fideliter administret, id more recepto benigne facimus, et ad hocce Officium ex quatuor Candidatis Nobis per Fidelitates Vestras propositis Privilegio Nostro designavimus Nobilem ac Spectabilem Samuelem Lutherum Geret Consulem ejusdem Civitatis, cujus egregium benemerendi Studium commendatum habemus. Hunc igitur Fidelitatis Vestrae pro legitimo suo Burgrabio habeant, et eum illi honorem tribuant, quem Officium hoc jure sibi tribui postulat. Quod quidem Fidelitatis Vestrae ex ipso privilegio fusius intelligent. De caetero Fidelitates Vestras benevalere cupimus. Dabantur Varsaviae die IV mensis Martii anno Domini MDCCXCI. Regni Vero Nostri XXVII anno —

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii Sacrae Regiae Maiestatis Generoso Adamo Nehrebecki confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr

Significamus &. Quam volupe habeamus praestantes virtute Viros obsequiis Nostris Regiis admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Gnum Adamum Nehrebecki quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi studium commendabilem reddunt

dunt propius obsequiis Nostris Admovendum esse
Duaimus, prout defacto praesentibus Literis Nostris
admovemus ac Munere Camerarii Nostri Regni
condecoramus et in Numerum Actualium Camera-
riorum Nostrorum inscribimus, recipimus, et
cooptamus, dantes et concedentes eidem Gene-
roso Adamo Netrebecki, plenam facultatem,
omnimodam potestatem omnibus juribus, prae-
rogativis, Muniis, immunitatibus quibus ce-
teri Aulae Nostrae Camerarii de Legum praescripto
et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno ju-
re gaudendi et fruendi ad extrema vitae suae
tempora aut altioris Dignitatis aut Officii
assecutionem. Quod omnibus quorum interest
praesertim vero Magnificis Regni et M: D: Litt:
Mareschalcis cunctisque Aulae Nostrae Officiali-
bus notum esse volentes mandamus, quatenus
praefatum Gsum Adamum Netrebecki, ab
hinc pro vero, legitimo et Actuali Camerario
Nostro Aulico habeant, nominent et agno-
scant, eique de loco juribus praerogativis id
munus concernentibus, et ipsi respondeant
et ab aliis responderi curent pro Gratia No-
stra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae
die X mensis Martii Ano Dni MDCCXCI Reg-
ni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Notariatus Terrestris Palati-
natus Calisiensis, post ascen-
sum Generosi Francisci Xaverii
Mikorski ad Judicatum Terre-
strem Calisiensem vacans Gsō
Severino Pagowski Camerario
Granicial Posnaniensi uni
ex quatuor Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus &c Quod cum Dignitarii Officiales
Universaque Nobilitas pro jure et Instituto Regni
Nostri ad vacantem Notariatum Terrestrem Calis-
siensem post ascensum Gōi Francisci Xaverii Mi-
korski, ad Judicatum Terrestrem Calisiensem per
instrumentum electionis suae authenticum inter
quatuor Candidatos Viros huic Officio gerendo i-
doneos, Gsum Severinum Pagowski Camerarium
Granicialem Posnaniensem Nobis proposuerint.
Nos rationem habentes meritorum praefati Ge-
nerosi Severini Pagowski, faciendum esse duxi-

mus

mus, ut ipsi memoratum Notariatum Terrestrem Palatinatus Calissiensis daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua prædicto hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Calissiensis, notum esse volentes, mandamus, quatenus præfatum Gsum Severinum Pagowski, abhinc pro vero, legitimo et Actuali Notario Terrestri Palatinatus Calissiensis, habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis, hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviæ Die X. Mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 11 Martii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Joanni Grabinski Capitaneo Rudelnicensi Camerario S^æ R^æ M^tis datum.

d. 11 Martii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ Generoso Nicolao de Rochmanow Generali Locumtenenti in Exercitu Serenissimæ Imperatricis totius Russiæ datum.

d. 11 Martii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Joanni Przebendowski Camerario Serenissimi Borussiæ Regis datum.

d. 11 Martii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi

Episcopi et Martyris Generoso Joanni Cantio Lubieniecki Judicii Deputato ad Supremum Tribunal Regni ex Palatinatu Sandomiriensi datum.

Tribunatus Maior Palatinatus Kijoviæ post liberam Resignationem Generosi Joannis Choiecki vacans Generoso Stanislao Buszczyński confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus præsentibus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Stanislai Buszczynski faciendum esse duximus, ut ipsi Tribunatum majorem Palatinatus Kijoviæ, post liberam resignationem Generosi Joannis Choiecki vacantem, et ad dispositionem nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Regni Nostri et signanter Palatinatus Kijoviæ notum esse volentes, mandamus, ut præfatum Generosum Stanislaum Buszczyński, ab hinc pro vero, legitimo et actuali Tribuno majore Palatinatus Kijoviæ habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis hocce munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XII. mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S. R. M.tis Generoso Casimiro de Biała Woyciechowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c. Quam volupe habeamus præstantes virtute Viros, obsequiis Nostris admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque G.sum Casimirum de Biała Woyciechowski, quem fidelitas, probitas in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt, propius ob

sequiis

quiis Nostris, admovendum esse duximus, admovemusque et munere Camerarii Nostri condecoramus, in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Gso Casimiro de Biała Wayciechowski, plenam et omnimodam potestatem, facultatemque omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus, quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto, et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi et utifruendi, ad extrema Vitae suae tempora vel alterius alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni, et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis, Caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus, notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Casimirum de Biała Wayciechowski, ab hinc pro vero, legitimo, et actuali Camerario Nostro habeant, nominent, et agnoscant, eique de toto juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus hunc Munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem Datum Varsaviae die XV. Mensis Martii Anno Domini MDCCLXI. Regni vero Nostri XXVII anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Notariatus Publicus Regius, Nobili Carolo Vilhelmo Niedermeÿer confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus Literis Nostris, quorum interest, universis et singulis. Quod cum in Regno Dominiisque Nostris praesertim vero in Prussia Notarios publicos eorumque necessaria animadvertamus Officia, huic commendatam habentes Nobilis Caroli Vilhelmi Niedermeÿer, fidem, eruditionem, et in rebus agendis dexteritatem, Legum peritiam, aliasque singulares animi, et ingenii dotes, faciendum esse duximus, ut ipsum in publicum et Authenticum Notarium Nostrum Regium ordinaremus, crearemus, et constitueremus, uti quidem creamus, ordinamus et constituimus praesentibus Literis Nostris, dantes, et concedentes, eidem plenariam facultatem, et omnimodam potestatem, per omnes Civitates, Oppida, Castra, Villas, in omnibus, et singulis Regni Nostri Ditionibus, praesertim

vero

vero in Terris Prussiæ, Contractus, Instrumenta, Documenta, Testamenta, ultimas voluntates, Testimonia, Relationes, Protestationes, quascunque appellationes extraordinarias, et id genus alia, sive de jure introducta, sive etiam de recepta publicorum Nostrorum Notariorum consvetudine, peragi solita, ad requisitionem partium, fideliter suscipiendi, conficiendi, conscribendi, subscribendi, et sub signo Notariatus sui in rubra cera, seu prout sibi commodius videbitur, extradendi, ita tamen, ut prius Juramentum corporale, coram Nobili Burgrabio Nostro Gedanensis, seu coram Officio quocunque alio Officio de hoc authentico, Notariatus Publici, fideliter administrando, præstet. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magistratibus, et Officiis locorum quorumvis, et cujuscunque status et conditiones, subditis Nostris, notum esse volentes mandamus, et memoratum Nobilem Carolum Wilhelmum Niedermeyer, pro vero, legitimo, et authentico Notario Nostro publico, habeant et agnoscant, Jurisque Officium Notariatus sui, libere ubique locorum agere, et exequi permittant, ac circa prærogativas aliasque omnes Immunitates, Notariis publicis Regiis, de Jure et consvetudine servientes, plene, ac integre conservent, conservarique ab aliis curent pro Gratia Nostra, ac Officiorum suorum Debito. In quorum fidem præsentes Manu Nostra Subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die XV. Mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Geometræ jurati S. R. M.
Generoso Josepho Stawęcki confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus etc. Quia Nos commendatam habentes, Generosi Josephi Stawęcki, in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem, et industriam, faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus, et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus, præsentibus Literis Nostris, Dantes, et concedentes eidem Go Josepho Stawęcki plenam et omnimodam potestatem, Munus Geometræ jurati, et publici per totum Regnum exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delinean-

delineandi, aliosque Actus Geometrae jurati, secun-
dum Leges et constitutiones competentes, exercendi
et debito more explendi, illiusque dimensurationibus
dislimitationibus, et ejus aliis Actibus, ad legale Offi-
cium Geometrae jurati et publici pertinentibus, u-
bique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam
fidem habendam, esse declaramus, ita tamen, ut Ju-
ramentum corporale, de fideliter administrando Of-
ficio Geometrae, coram quocunque Officio sive Terre-
stri sive Castrensi praestare teneatur et sit adstric-
tus. Quod omnibus quorum interest, praesertim
vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignita-
riis, Officialibus, nec non quibusvis Judiciis, ac
Officiis, tum Magistratibus, Civitatum et Oppi-
dorum Regni Nostri, notum esse volentes, man-
damus, quatenus eundem G[enero]sum Josephum
Stawęcki, pro vero, legitimo, Geometra jura-
to habeant et agnoscant, eidemque Officio
hoc libere frui permittant, et ab aliis permit-
ti curent, pro Gratia nostra. In quorum
fidem etc. Datum Varsaviae die XV. men-
sis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni
vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 18 mensis Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Generoso Comiti Ignatio Krasicki datum.

d. 21 Mensis Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Venerabili Felici Lewiński, Cancellario Cathedrali Cujaviensis, et Commissionis Civilis Belli Palatinatus Brestensis Cujaviae Commissario, datum.

Venatoriatus Luceoriensis post fata Generosi Sigismundi Benthowski vacans Generoso Josepho Antonio Dabrowski Commissionis Civilis

Civilis Bellico Dtus Lucoriensis Commissario confertur.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Josephi Antonii Dąbrowski Commissionis Civilis Bellico Dtus Lucoriensis Commissarii faciendum esse duximus, ut ipsi Venatoriatum Districtus Lucoriensis post fata Generosi Sigismundi Bentkowski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prerogativis, muniis immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicuius Dignitatis aut Officii assecutionem, damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Volhyniae et signanter Districtus Lucoriensis ad notitiam deducendo mandamus, ut praefatum Gsum Josephum Antonium Dąbrowski, ab hinc pro vero, legitimo et Actuali Venatore Lucoriensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus prerogativis hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XXII mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 22. mensis Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae albae Generoso Hochberg Furstenstein Comiti Sacri Romani Imperii datum —

d. 22. mensis Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Michaeli Bobrowski datum —

Dapiferatus Czerwonogrodensis post ascensum Generosi Felicis Dębowski ad Dapiferatum Laticzoviensem vacans Generoso Adamo Tipraski Pincernae Palatinatus Podoliae

Podolia confertur. 47.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Adami Tyraski Pincernæ Palatinatus Podoliæ faciendum esse duximus, ut ipsi Dapiferatum Czerwonogrodensem post ascensum Gsi Felicis Dzbowski ad Dapiferatum Latyczoviensem vacantem, et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutum, daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Muniis, Immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum, damus et conferrimus, præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaque Nobilitati Palatinatus Podoliæ, et signanter Districtus Czerwonogrodensis notum esse volentes mandamus, quatenus, præfatum Gsum Adamum Tyraski abhinc pro vero legitimo et Actuali Dapifero Czerwonogrodensi habeant, nominent, et agnoscant, Eique de loco juribus, prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XXII. mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Palatinatus Kijoviæ post liberam Resignationem Magnifici Josephi Stemkowski vacans Generoso Proto Potocki.

Potocki Ordinum Aquilæ Albæ et Sancti Stanislai Equiti confertur.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus præsentibus quorum interest, quia Nos habito respectu meritorum Generosi Proti Potocki, Ordinum Aquilæ Albæ, et Sancti Stanislai Equitis, Nobis et Reipublicæ præstitorum, faciendum esse duximus, ut ipsi Palatinatum Kijoviæ, post liberam Resignationem Magnifici Josephi Stempkowski vacantem, et mente Legis in Comitiis præsentibus sancitæ ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus, et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi, ad hancce Dignitatem pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Dignitatis assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Kijoviæ notum esse volentes mandamus, ut præfatum Generosum Protum Potocki, abhinc pro vero, legitimo et actuali Palatino Kijoviæ habeant, nominent et agnoscant; Eique de loco juribus, prærogativis, hancce Dignitatem concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem Datum Varsaviæ Die XXVIII. mensis Martii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 28. Martii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Adamo Tyrawski Dapifero Czerwonogrodensi, Camerario $S^{æ}$ $R^{æ}$ M^{tis} et Commissionis Civilis Bellicæ Palatinatus Podoliæ, Commissario datum.

49.

Munus Camerarii S^{a} R^{a} M^{tis} Generoso Antonino Zawistowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus &c Quam volupe habeamus praestantes virtute Viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Antoninum Zawistowski quem fidelitas, probitas, &c Dantes et concedentes eidem Generoso Antonino Zawistowski plenam &c Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et M. D. Litt. Mareschalcis caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Antoninum Zawistowski abhinc pro vero, legitimo et actuali Camerario Nostro habeant, nominent, et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die 11 mensis Aprilis Anno Domini MDCCLXI Regni vero Nostri XXVII. Anno

Stanislaus Augustus Rex.

d. 2 Aprilis.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Alexandro Wirnicki Camerario S^{ae} R^{ae} M^{tis} datum.

Palatinatus Plocensis post liberam resignationem Magnifici Theodori Szydlowski vacans Magnifico Ignatio Zboinski Anteacto Castellano Plocensi Ordinum Aquilae Albae et Sancti Stanislai Equiti confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus & Quia Nos habito respectu, insignium meritorum Magnifici Ignatii Zboinski

Anteacti

antecedi Castellani Plocensis Ordinum Aquilæ Albæ et Sancti Stanislai Equitis Nobis et Reipublicæ variis in functionibus publicis intaminata fide praestitorum faciendum esse duximus ut ipsi Palatinatum Plocensem post liberam resignationem Magnifici Theodori Szydlowski vacantem et vigore Constitutionis in Comitiis praesentibus Sancitæ ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hunce Palatinatum Spectantibus ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Dignitatis assecutionem tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Litteris Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Plocensis notum esse volentes mandamus, ut praefatum Magnificum Ignatium Zboinski abhinc pro vero, legitimoque Palatino Plocensi habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis huncce Dignitatem concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die 11 Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Venatoriatus Districtus Visliensis post ascensum Generosi Sabbæ Mikutowski ad Pincernatum ejusdem Districtus vacans Generoso Stanislao Bystrzanowski Tribuno Majori itidem Visliensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Stanislai Bystrzanowski Tribuni Majoris Visliensis faciendum esse duximus ut ipsi Venatoriatum Districtus Visliensis post ascensum Generosi Sabbæ Mikutowski ad Pincernatum ejusdem Districtus vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua

antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae Suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis et signanter Districtus Vislicensis, notum esse volentes, mandamus ut praefatum Generosum Stanislaum Bystrzanowski abhinc pro vero, legitimo et actuali Venatore Vislicensi habeant, nominent et agnoscant ejque de loco juribus, praerogativis hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &. Datum Varsaviae die IV. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d 5 mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Antonio Witosławski Pocillatori Colomiensi datum —

d. 7 mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Jacobo Georgio Dunin Borkowski Camerario Sae Rae Mtis datum.

Munus Camerarii Aulici Sae Rae Mtis Generoso Joanni Milewski Camerario Limitum Palatinatus Junivladislaviensis confertur —

Stanislaus Augustus Dei Gra

Significamus &. Quia Nos cognitum habentes propensam benemerendi de Nobis Generosi Joannis Milewski Camerarii Limitum Palatinatus Junivladislaviensis Studium volentesque quo Singulariori benevolentiam Nostram eidem documento testaremur eo addictiorem Nobis reddere faciendum esse duximus ut ipsi Munus Camerarii Nostri Aulici daremus et conferre-

conferremus prout cum omnibus honoribus et praero-
gativis Muneri huic annexis damus et conferrimus.
Quod omnibus quorum interest, praesertim Aulae
Nostrae Officialibus notum esse volentes, mandamus,
quatenus praefatum Generosum Joannem Milewski
abhinc pro vero, legitimo et actuali Camerario nostro
Aulico habeant nominent et agnoscant eique de
loco juribus titulis praerogativis et immunitatibus
Muneri huic servientibus respondeant et respon-
deri curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem.
Datum Varsaviae die VII mensis Aprilis Anno
Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S^a R^a M^tis
Generoso Adalberto Ole-
chowski confertur.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quam volupe &c. Cum itaque Ge-
nerosum Adalbertum Olechowski quem fidelitas &c.
Dantes et concedentes eidem Generoso Adalberto Ole-
chowski plenam et omnimodam &c. Quod omnibus &c.
mandamus quatenus praefatum G^sum Adalbertum
Olechowski abhinc &c. In quorum fidem &c. Datum
Varsaviae die VII mensis Aprilis Anno Domini
MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Succameriatus Palatinatus
Gnesnensis post fata Gene-
rosi Alexandri Gurowski
vacans Generoso Jacobo Ra-
donski Vexillifero ejusdem
Palatinatus uni ex quatuor
Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quod cum Dignitarii Officiales
Universaque Nobilitas Palatinatus Gnesnensis pro
Jure et instituto Regni Nostri ad vacantem post
fata Generosi Alexandri Gurowski Succameria-
tum Gnesnensem, per Instrumentum Electionis suae
Authenticum inter quatuor Candidatos Viros huic
Officio gerendo idoneos Generosum Jacobum Radon
ski

Radonski Vexilliferum ejusdem Palatinatus Nobis proposuerint Nos rationem habentes meritorum praefati Gsi Jacobi Radonski Vexilliferi Palatinatus Gnesnensis faciendum esse duximus ut ipsi memoratum Succamerariatum Gnesnensem daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, Munis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Gnesnensis notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Jacobum Radonski abhinc pro vero, legitimo et Actuali Succamerario Gnesnensi habeant, nominent et agnoscant ejque de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die IX. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Vexilliferatus Gnesnensis post ascensum Gsi Jacobi Radonski ad Succamerariatum Gnesnensem vacans Generoso Nicephoro Gorzeński Camerario Sae Rae Mtis et Nuntio ex Palatinatu Calissiensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus etc. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Nicephori Gorzeński Camerarii Nostri Nuntii Comitiorum praesentium ex Palatinatu Calissiensi faciendum esse duximus ut ipsi Vexilliferatum Gnesnensem, post ascensum Generosi Jacobi Radonski ad Succamerariatum Gnesnensem vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem

quidem cum omnibus juribus, prerogativis, munis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Dignitatis, aut Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Gnesnensis ad Notitiam deduçendo mandamus, quatenus præfatum Generosum Nicephorum Gorzenski, ab hinc pro vero legitimo et actuali Vexillifero Gnesnensi habeant, nominent et agnoscant, ejque de locco juribus prerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &a. Datum Varsaviæ die XX. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Judicatus Terrestris Gnesnensis post ascensum Magnifici Josephi Radziminski ad Palatinatum Gnesnensem vacans Gso Antonio Białobłocki Subjudici Terrestri Gnesnensi uni ed quatuor Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a.

Significamus &a. Quod cum Dignitarii Officiales, universaque Nobilitas Palatinatus Gnesnensis pro Jure et instituto Regni Nostri ad vacantem post ascensum Magnifici Josephi Radziminski ad Palatinatum Gnesnensem Judicatum Terrestrem ejusdem Palatinatus per Instrumentum electionis suæ authenticum inter quatuor Candidatos viros huic Officio gerendo idoneos Generosum Antonium Białobłocki Subjudicem Terrestrem Gnesnensem Nobis proposuerint, Nos rationem habentes meritorum præfati Gsi Antonii Białobłocki faciendum esse duximus ut

ipsi

ipsi memoratum Judicatum Terrestrem Gnesnensem daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi adhocce Munus pertinentibus ad extremam vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et abeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis Officialibus Universæque Nobilitati Palatinatus Gnesnensis notum esse volentes mandamus, quatenus præfatum Generosum Antonium Białobłocki ab hinc pro vero, legitimo et actuali Judice Terrestri Gnesnensis habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus prærogativis hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &a. Datum Varsaviæ die IX. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 9 mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ Magnifico Josepho Radziminski Palatino Gnesnensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Munus Consiliarii Sæ Ræ Mtis Aulici Religioso Boguslao Ulanicki Fratri Scholarum Piarum confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a

Significamus &a. Quod cum commendatas habeamus Religiosi Boguslai Ulanicki S.P. varias animi dotes et Literarum peritiam, visum Nobis est ut ipsi Munus Consiliarii Nostri Aulici daremus et conferremus prout quidem damus et conferrimus, tituloque Consiliarii Nostri Aulici insignimus præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes ejdem Religioso Boguslao Ulanicki plenam et omnimodam facultatem potestatemque omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, quibus cæteri

aulæ

Aula Nostra Consiliari de Legum praescripto et Usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitae suae tempora. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis cunctisque Generosis aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes, mandamus, ut praefatum Religiosum Boguslaum Ulanieni, abhinc pro vero, legitimo et actuali Consiliario Nostro Aulico habeant, nominent, et agnoscant ejque de loco juribus, praerogativis huic Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis, responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die XX mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 9 Mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Nicolao Węsierski Dapifero Gnesnensi datur.

Thesaurariatus Terrae Lomzensis in Ducatu Masoviae post ascensum Generosi Thomae Jabłoński, ad Tribunatum Minorem ejusdem Terrae vacans Generoso Thadaeo Skarzyński confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus Quorum interest Nos habito respectu meritorum Generosi Thadaei Skarzyński faciendum esse duximus, ut ipsi Thesaurariatum Terrae Lomzensis, in Ducatu Masoviae, post ascensum Generosi Thomae Jabłoński, ad Tribunatum Minorem ejusdem Terrae vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus, de lege et antiqua prædi, ad hoc Munus pertinentibus, ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus

Literis

Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Masoviae et signanter Terrae Lomzensis notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Thadaeum Skarzyński, abhinc pro vero, legitimo et actuali Thesaurario Lomzensi, habeant, nominent et agnoscant, ejque de loco juribus, praerogativis, huic Muneri concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XI. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die XIII. mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae, Magnifico Adalberto Potocki Castellano Chelmensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

d. 14. mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Venbli Josepho Junosza Piaskowski Commissario Civitt. Militt. Luceoriensi Canonico Cathedrali Cracoviensi et Seniori Luceoriensi datum.

Munus Camerarii S. R. M. tis Generoso Michaeli Bury confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Michaelem Bury, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt, propriis obsequiis Nostris admovendum esse duximus admovemusque et Munere Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Gso Michaeli Bury, plenam et omnimodam potestatem

facul-

facultatemque omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii, de legum praescripto et usu antiquo gaudent, et fruuntur, pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extrema Vitae Suae tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Michaelem Bury ab hinc pro vero, legitimo et actuali Camerario Nostro habeant, nominent, et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus hoc e Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XV mensis aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Consiliarii S. R. M.tis Generoso Joanni Saameier confertur.

Stanislaus Augustus Rex &c

Significamus &c Quia Nos commendatas habentes Generosi Joannis Saameier animi dotes, literarum peritiam, ac in rebus agendis dexteritatem, visum Nobis est, ut ipsi Munus Consiliarii Nostri daremus et conferremus, prout quidem damus et conferimus, tituloque Consiliarii Nostri insignimus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Joanni Saameier plenam et omnimodam potestatemque, facultatem, omnibus juribus praerogativis, Muniis, immunitatibus quibus caeteri Aulae Nostrae Consiliarii de legum praescripto et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi et uti fruendi, ad extrema Vitae Suae tempora. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Litt. Mareschalcis cunctisque Generosis Aulae Nostrae

Officialibus

Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Joannem Sazmcier, ab hinc pro vero, legitimo, et actuali Consiliario Nostro habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus praerogativis huic Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XV. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii Aulici S. R. M.tis Generoso Nicolao Poczobut Dapifero Haliensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus &c Quia Nos cognitum habentes propensum benemerendi de Nobis Generosi Nicolai Poczobut Dapiferi Haliensi studium volentesque eius singulariori benevolantiam Nostram Eidem documento testaremur. eo addictiorem Nobis reddere faciendum esse duximus, ut ipsi Munus Camerarii Nostri Aulici daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus honoribus et praerogativis, muneri huic annexis damus et conferrimus. Quod omnibus quorum interest, praesertim Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Nicolaum Poczobut, ab hinc pro vero, legitimo et Actuali Camerario Nostro Aulico habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, titulis, praerogativis et immunitatibus muneri huic servientibus respondeant et responderi curent pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XV mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Venatoriatus Districtus Predecensis post liberam resignationem Generosi Adalberti Szadkowski, vacans Generoso Eligio Szadkowski

Szadkowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus etc. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Eligii Szadkowski faciendum esse duximus ut ipsi Venatoriatum Districtus Predecensis post liberam resignationem Gsi Adalberti Szadkowski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus prærogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Brestensis Cujaviæ et signanter Districtus Predecensis notum esse volentes mandamus, quatenus præfatum Generosum Eligium Szadkowski abhinc pro vero, legitimo et actuali Venatore Predecensi habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus, prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fide Datum Varsaviæ die XVIII. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Geometræ Sæ Ræ Mtis jurati Generoso Carolo Mirowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus etc. Quia Nos commendatam habentes Generosi Caroli Mirowski in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus, prout quidem creamus et constituimus præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Carolo Mirowski plenam et omnimodam potestatem Muneris Geometræ jurati, et publici per totum Regnum exercendi

exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi aliosque Actus Geometrae jurati secundum Leges et constitutiones competentes exercendi, et debito modo expediendi, illiusque dimensurationibus, delimitationibus et ejus aliis actibus, ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus, ubique locorum, tam in Judiciis quam extra, plenam fidem habendam esse declaramus ita tamen ut Juramentum corporale de fideliter administrando Officio Geometrae coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur, et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus nec non quibusvis Judiciis ac Officiis, tum Magistratibus Civitatum et oppidorum Regni Nostri notum esse volentes, mandamus, quatenus praefatum Generosum Carolum Mirowski, pro vero legitimo Geometra jurato habeant et agnoscant, eumque officio hoc libere frui permittant, et ab aliis permitti curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XII. mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Secretarii S. R. M[tis] Nobili Francisco de Paula Rybczyński Civitatis Lanciciensis Notario confertur.

Stanislaus Augustus Dei G[rati]a

Significamus &c. Regiae Dignitatis esse arbitramur in Aulam Nostram viros eruditos Juriumque ac Legum publicarum peritos ob commoditatem Nostram asciscere eosque obsequiis Nostris admovere. Hinc cum Nobilis Nobis Francisci de Paula Rybczyński Civitatis Nostrae Lanciciensis Notarii praeter praeclaras animi et ingenii dotes exactam in Jure peritiam, per certos Consiliares Nostros commendatam habeamus Visum Nobis est, ut eundem in Numerum Aulae Nostrae Secretariorum assumeremus et adscriberemus prout quidem assumimus et adscribimus praesentibus Literis Nostris Dantes et concedentes eidem Nobili Francisco de Paula Rybczyński plenam facultatem, potestatemque omnibus Juribus

Juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus gaudendi et uti fruendi idque ad extrema vitae sua tempora. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis, Cancellariis, Procancellariis, Generosis Dignitariis Officialibus Notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Nobilem Franciscum de Paula Rybczyński ab hinc pro vero legitimo et actuali Secretario Regio Nostro habeant, nominent et agnoscant ejque de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri fecimus. Datum Varsaviae die XIX mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Munus Camerarii S. R. M.tis Generoso Josepho Strzyżowski datur.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere accedente Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque G.sus Josephus Strzyżowski, quem fidelitas &c. dantes et concedentes eidem G.so Josepho Strzyżowski plenariam facultatem potestatemque &c. Quod omnibus &c. mandamus quatenus praefatum Generosum Josephum Strzyżowski ab hinc pro vero &c. pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XIX mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 20 mensis aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris G.so Xaverio Stoiński Camerario S. R. M.tis datum -

Castellanatus Ducatus
Masoviæ post liberam
Resignationem Magnifi-
ci Francisci in Podosie
Podoski Ordinum Reg-
ni Equitis vacans Gso
Alexandro Brzostowski
Capitaneo Sokolowiensi
ad Comitia moderna ex
Terra Vielunensi Nuntio
Ordinis Sancti Stanislai
confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c Quia Nos habito respectu meritorum
Generosi Alexandri Brzostowski Capitanei Sokolowien-
sis ad Comitia præsentia ex Terra Vielunensi nuntii Ordi-
nis Sancti Stanislai Equitis Nobis et Reipublicæ in-
taminata fide præstitorum faciendum esse duximus
ut ipsi Castellanatum Ducatus Masoviæ post liberam
Resignationem Magnifici Francisci in Podosie Podo-
ski Ordinum Regni Equitis vacantem et mente Legis
in Comitiis præsentibus sancitæ ad dispositionem
Nostram Regiam devolutum daremus et conferre-
mus prout quidem cum omnibus juribus, præro-
gativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua
praxi ad huncce Castellanatum spectantibus ad ex-
tremæ vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus Di-
gnitatis assecutionem tenendum habendum et
obeundum damus et conferrimus præsentibus li-
teris Nostris. Quod omnibus quorum interest, præ-
sertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Di-
gnitariis, Officialibus Universæque Nobilitati
Ducatus Masoviæ, notum esse volentes manda-
mus, ut præfatum Generosum Alexandrum Brzo-
stowski, ab hinc pro vero legitimo et Actuali
Castellano Ducatus Masoviæ, habeant, nomi-
nent et agnoscant, eique de loco juribus præro-
gativis hancce Dignitatem concernentibus,
et ipsi respondeant et ab aliis responderi cu-
rent pro Gratia Nostra. In quorum fi-
dem &c Datum Varsaviæ Die XX Men-
sis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Reg-
ni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die XXI Mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Comiti Francisco Cavalli Patritio Senegaliensi datum.

Die XXI Mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Carolo Węgliński Dapifero Crasnostaviensi et Judici Castrensi Chełmensi datum.

D. 23 Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Gasparo Comiti Skarbek Rothmagistro Cavaleriae Nationalis Regni datum.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Gnoso Silvio Comiti et Marchioni Torelli Patritio Toroliviensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Universis et singulis quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit notum facimus. Quod Nos pro Gratia Nostra Regia erga Personam Generosi Silvii Comitis et Marchionis Torelli Patritii Toroliviensis praeclaris virtutibus, et eximiis animi dotibus praediti, cujus Inclytam Familiam vetustis decoribus insignem, non solum per Italiae Provincias, verum in hoc Regno apud Nos acceptam et apprime Nobis coram benevolentia Nostra constanter complectimur, eundem postquam numero Equitum Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris annumeraverimus, nunc Ordine Equitum Aquilae Albae condecorandum esse duximus prout de facto condecoramus. Quod omnibus quorum interest, ad notitiam deducendo, Extraneos amice requirimus, Subditis vero Nostris mandamus, ut praefatum Generosum Silvium Comitem et Marchionem Torelli Patritium Toroliviensem pro Equite Ordinis Aquilae Albae habeant, nominent et agnoscant. In

cujus

In cujus rei fidem praesens Gratia Nostra documentum &c Datum Varsaviae Die XXVI mensis Aprilis, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno

Stanislaus Augustus Rex.

Die 26 mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gso Mathiae Dulski Capitaneo Bratocensi datum.

Pocillatura Districtus Vislicensis in Palatinatu Sandomiriensi, post fata Generosi Celestini Gołuchowski vacans, Generoso Josepho Skotnicki Subdapifero ejusdem Districtus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus &. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Josephi Skotnicki Subdapiferi Districtus Vislicensis, faciendum esse duximus ut ipsi Pocillaturam Vislicensem post fata Generosi Celestini Gołuchowski vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendam, habendam et obeundam damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis et signanter Districtus Vislicensis, notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Josephum Skotnicki, ab hinc pro vero legitimo et actuali Pocillatore Vislicensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent, pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae

Die

66.

Die XXVII. Mensis Aprilis, Anno Domini MDCCXCI Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Josepho Kołdowski Succamerario S.R.M.tis datum.

d. 28 Mensis Aprilis 1791.

Munus Camerarii S.R.M.tis Generoso Gasparo Wykowski confertur.

Stanislaus Augustus &c.

Significamus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque G.sum Gasparum Wykowski, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis Capacitas, ac promtum de Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus, admovemusque et Munere Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris Dantes et concedentes eidem G.so Gasparo Wykowski, plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, quibus Caeteri Aulae Nostrae Camerarii, de Legum praescripto, et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extrema vitae Suae tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalis, caeterisque Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Gasparum Wykowski ab hinc pro vero, legitimo et actuali Camerario Nostro habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus hoc

Munus

munus concernentibus et ipsi respondeant, et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XXX. Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Tribunatus minor Terrae Lomzensis, in Ducatu Masoviae post fata Generosi Albini Zaruski vacans, Generoso Thomae Jabłoński Thesaurario ejusdem Terrae confertur. –

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c

Significamus praesentibus &c Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Thomae Jabłoński Thesaurarii Terrae Lomzensis, faciendum esse duximus, ut ipsi Tribunatum minorem Terrae Lomzensis, post fata Generosi Albini Zaruski, vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, munis, immunitatibus, de lege et antiqua pradi ad hoc munus pertinentibus, ad extrema vitae Suae tempora, vel alterius alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus, et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, universaque Nobilitati Ducatus Masoviae et signanter Terrae Lomzensis, notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Thomam Jabłoński, abhinc pro vero, legitimo et actuali Tribuno Minore Lomzensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis hoc munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes &c Datum Varsaviae die XXX Mensis Aprilis Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. anno.

Stanislaus Augustus Rex.

68. Presentatio Venerabilis
Adalberti Zawadzki in Chro-
slin Vicarii, ad Ecclesiam Pa-
rochialem in Szczawin post
obitum Venerabilis Casimiri
Gadamski, illius ultimi et
immediati Possessoris.

Stanislaus Augustus Dei Gratia
Reverendissime in Christo Patri Domino Michaeli
Principi Poniatowski ArchiEpiscopo Gnesnensi
Legato nato Regni Nostri et magni Ducatus Lithua-
niae Primati Primoque Principi Nobis dilecto
aut Suae Sinceritatis Vicario in Spiritualibus
et Officiali Generali aut alteri cuipiam ad in-
frascripta potestatem habenti Gratiam No-
stram Regiam. Reverendissime in Christo Pa-
ter sincere Nobis dilecte. Vacat ad praesens
Ecclesia Parochialis in Szczawin ArchiDioecesis
Sinceritatis Vestrae Juris, vero Patronatus et
Collationis Nostrae Regiae, idque post obitum
Venerabilis Casimiri Gadamski illius ultimi
et immediati Possessoris. Ad quam quidem
Ecclesiam modo praemisso vacantem. Nos pro
Jure Nostro quod Nobis desuper competit
Venerabilem Adalbertum Zawadzki Ecclesiae
Parochialis in Chroslin Vicarium de probita-
te, vita et doctrina optime commendatum
Sinceritati Vestrae praesentandum esse duxi-
mus, prout quidem hisce Literis Nostris prae-
sentamus. Requirentes Sinceritatem Vestram
ut hunc et non alium ad dictam Ecclesiam
Parochialem in Szczawin instituat ac in-
vestiat Curam Animarum Administrationem
Spiritualium et regimen temporalium re-
rum eidem plene committendo prout id ad
Officium Sinceritatis Vestrae spectare et
pertinere dignoscitur. In quorum fidem etc.
Datum Varsaviae die XXX mensis Aprilis
Anno Domini MDCCXCI. Regni vero
Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

Dapiferatus Districtus
Czerwonogrodensis in Pala-
tinatu Podoliae post fata
Generosi Adami Tyrawski
vacans

69.

vacans Generoso Thomæ Uruski Pincernæ Palatinatus Podoliæ Ordinis Sancti Stanislai Equiti confertur.

Stanislaus Augustus Dei gratia

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Adami Uruski Pincernæ Palatinatus Podoliæ faciendum esse duximus ut ipsi Dapiferatum Districtus Czerwonogrodensis in Palatinatu Podoliæ post fata Generosi Adami Tyrawski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Podoliæ et signanter Districtus Czerwonogrodensis notum esse volentes, mandamus, ut præfatum Generosum Adamum Uruski abhinc pro vero, legitimo et actuali Dapifero Czerwonogrodensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die III. Mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 3 Mensis Maji 1791.

Pincernatus Palatinatus Podoliæ post ascensum Generosi Thomæ Uruski ad Dapiferatum Districtus Czerwonogrodensis vacans Generoso Stanislao Kossecki Tribuno majori ejusdem Palatinatus et ex eodem Palatinatu Podoliæ ad Comitia præsentia Nuntio confertur.

d. 3 Mensis maji 1791.

Tribunatus Major Palatinatus Podoliae post ascensum Generosi Stanislai Kopecki ad Pincernatum ejusdem Palatinatus vacans Generoso Ignatio Zgliczyński Generali adjutanti Sae Rae Mtis et Commissionis Civilis Bellicae Palatinatus Podoliae Commissario Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datur.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae albae, Generoso Lelio de Falconeriis Patritio Romano, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia
Universis et singulis Ee Quod Nos pro Gratia Nostra Regia erga Personam Generosi Lelii de Falconeriis, Patritii Romani, praeclaris virtutibus, et eximii animi dotibus praediti, cujus Inclytam familiam vetustis decoribus insignem non solum Romae verum per Italiae Provincias apud Nos acceptam et apprime Nobis coram benevolentia Nostra constanter complectimur, eundem postquam Numero Equitum Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris annumeravevimus, nunc Ordine Equitum Aquilae albae condecorandum esse duximus prout de facto condecoramus. Quod omnibus quorum interest, ad notitiam deducendo Extraneos amice requivimus, Subditis vero Nostris mandamus, ut praefatum Generosum Lelium de Falconeriis Patritium Romanum, pro Equite Ordinis Aquilae Albae habeant, nominent et agnoscant. In cujus rei fidem praesens Gratiae Nostrae documentum Ee Datum Varsaviae Die III. mensis maji anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Subdapiferatus Districtus Visliciensis

Vislicensis in Palatinatu
Sandomiriensi post ascensum
Generosi Josephi Skotnicki
ad Pocillaturam ejusdem
Districtus vacans Generoso
Sabbae Mikutowski Pincer-
nae Vislicensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia
Significamus &c Quia Nos habito respectu merito-
rum Generosi Sabbae Mikutowski Pincernae Visli-
censis, faciendum esse duximus, ut ipsi Subdapi-
feratum Vislicensem in Palatinatu Sandomirien-
si post ascensum Generosi Josephi Skotnicki
ad Pocillaturam ejusdem Districtus vacantem
et ad dispositionem Nostram Regiam devolu-
tum daremus et conferremus prout quidem
cum omnibus juribus, praerogativis, muniis,
immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad
hocce Munus pertinentibus ad extremum vi-
tae Suae tempus, vel altioris alicujus Officii
assecutionem, tenendum, habendum et obeun-
dum damus et conferimus praesentibus
literis Nostris. Quod omnibus quorum in-
terest, praesertim vero Magnificis Senato-
ribus, Generosis Dignitariis, Officialibus
universaque Nobilitati Palatinatus San-
domiriensis et signanter Districtus Visli-
censis, notum esse volentes mandamus, qua-
tenus praefatum Generosum Sabbam Miku-
towski, ab hinc pro vero, legitimo et actuali
Subdapifero Vislicensi habeant, nominent
et agnoscant, eique de loco juribus, praeroga-
tivis hocce Munus concernentibus et ipsi re-
spondeant et ab aliis responderi curent pro
Gratia Nostra. In quorum fidem praesen-
tes &c Datum Varsaviae die IV. mensis
Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni
vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Tribunatus Minor Distric-
tus Vislicensis in Palatina-
tu Sandomiriensi post
ascensum Generosi Andreae
Niemierzyc

72.

Niemierzyc ad Tribunatum Majorem Vislicensem vacans Gso Olechowski Thesaurario ejusdem Districtus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Olechowski Thesaurarii Districtus Vislicensis, faciendum esse duximus, ut ipsi Tribunatum Minorem Vislicensem in Palatinatu Sandomiriensi, post ascensum Generosi Andreæ Niemierzyc ad Tribunatum Majorem Vislicensem vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitæ Suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis, et signanter Districtus Vislicensis notum esse volentes mandamus, quatenus præfatum Generosum Olechowski, abhinc pro vero, legitimo et actuali Tribuno Minore Vislicensi, habeant, nominent et agnoscant, eique de iisdem juribus, prærogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes &c Datum Varsaviæ die IV. mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 23 Maji 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Jacobo Wrodzicki datum.

d. 23 Maji 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris

Martyris Generoso Victorino Kuczyński Vexillifero Drohiciensi et ex eadem Terra Palatinatus Podlachiæ Nuntio datum. —

d. 23 Maji 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Venerabili Chrystophoro Bogorya Skotnicki Abbati Kieprzywiensi Ordinis Cisterciensium Canonico Cathedrali Cracoviensi, Commissionis Civilis Bellico Palatinatus Lublinensis Districtus Urzędoviensis Commissario datum.

d. 23 Maji 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Francisco Xaverio Pokutynski Camerario Sæ Ræ Mtis datum.

Vexilliferatus Terræ Nurensis post decessum Generosi Theodori Szydłowski, Generoso Antonio Godlewski Judici Terrestri Nurensi et Nuntio ejusdem Terræ confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.

Significamus &c Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Antonii Godlewski Judicis Terrestris et Nuntii Terræ Nurensis faciendum esse duximus ut ipsi Vexilliferatum ejusdem Terræ post decessum Generosi Theodori Szydłowski Commissionis Bellicæ utriusque Gentis Commissarii vacantem ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem præsentibus Literis Nostris, cum omnibus Juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua pradi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Masoviæ, et signanter Terræ Nurensis, notum esse

notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Antonium Godlewski abhinc pro vero, legitimo et actuali Vexillifero Terrae Nurensis habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem praesentes &c Datum Varsaviae Die XXIII mensis Maji, Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Pocillatura Inovlodensis in Palatinatu Lanciciensi post fata Generosi Michaelis Wężyk vacans Generoso Josepho Kossowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus Literis Nostris quorum interest universis et singulis. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Josephi Kossowski, faciendum esse duximus ut ipsi Pocillaturam Districtus Inovlodensis in Palatinatu Lanciciensi post fata Generosi Michaelis Wężyk vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutam daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendam, habendam et obeundam damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Lanciciensis et signanter Districtus Inovlodensis notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Josephum Kossowski, abhinc pro vero, legitimo et actuali Pocillatore Inovlodensi habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum &a Datum Varsaviae die XXIII mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

d. 25 mensis
maji 1791.

Diploma pro Equite Ordinis 75.
Sancti Stanislai Generoso
Fabiano Cholewski Judici Ter-
restri Sochacoviensi Nuntio
Terræ Rozanensis datum.

Munus Camerarii S. R. M.tis
Gdo Ignatio Trembecki Ve-
xilliferidæ Marienburgensi
confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia
Significamus &c Quam volupe habeamus præstan-
tes virtute viros, obsequiis Nostris admovere accedente
ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione.
Cum itaque Gsum Ignatium Trembecki, quem fideli-
tas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac prom-
ptum de Nobis benemerendi Studium commendabi-
lem reddunt propius obsequiis Nostris admoven-
dum esse duximus, admovemusque, et munere
Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Ca-
merariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus
præsentibus Literis Nostris, dantes et concedentes
eidem Gdo Ignatio Trembecki Vexilliferidæ Ma-
rienburgensi plenam et omnimodam potestatem,
facultatemque, omnibus juribus, prærogativis,
muniis, immunitatibus, quibus cæteri Aulæ No-
stræ Camerarii de legum præscripto et usu anti-
quo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi, et
uti fruendi ad extrema vitæ suæ tempora, vel al-
tioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutio-
nem. Quod omnibus quorum interest, præser-
tim vero Magnificis Senatoribus, et Magni Du-
catus Lithvaniæ Marescalcis, cæterisque Gsis
Aulæ Nostræ Officialibus, notum esse volentes
mandamus, quatenus præfatum Gsum Igna-
tium Trembecki ab hinc pro vero, legitimo et
actuali Camerario Nostro habeant, nominent
et agnoscant, eique de loco juribus, prærroga-
tivis, muniis, immunitatibus hocce munus
concernentibus, et ipsi respondeant et ab
aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In
quorum fidem &c Datum Varsaviæ die XXV.
mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni
vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

d. 26 maji 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Cajetano Kaczkowski Pocillatori Czerwonogrodensi datum.

d. 26 maji 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Francisco Xaverio Działyński Nuntio Palatinatus Posnaniensis et Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Subjudicatus Terrestris Palatinatus Gnesnensis post ascensum Generosi Antonii Białobłocki ad Judicatum Terrestrem Gnesnensem vacans Generoso Antonio Rożnowski Nuntio Palatinatus Gnesnensis uni ex quatuor Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a

Significamus &a Quod cum Dignitarii Officiales Universaque Nobilitas Palatinatus Gnesnensis, pro Jure et instituto Regni Nostri ad vacantem post ascensum Gsi Antonii Białobłocki ad Judicatum Terrestrem Gnesnensem Subjudicatum Terrestrem ejusdem Palatinatus, per Instrumentum Electionis suae authenticum inter quatuor Candidatos viros huic Officio gerendo idoneos Generosum Antonium Rożnowski Nuntium Palatinatus Gnesnensis Nobis proposuerint, Nos rationem habentes meritorum praefati Generosi Antonii Rożnowski faciendum esse duximus ut ipsi memoratum Subjudicatum Terrestrem Gnesnensem daremus et conferremus prout quidem cum omnibus Juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae suae tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Gnesnensis notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Antonium Rożnowski, ab hinc pro

vero,

vero, legitimo et actuali Subjudici Terrestri Gnesnensi habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis huic muneri concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem Datum Varsaviae die XXX. Mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Notariatus Terrestris Palatinatus Gnesnensis post liberam resignationem Gsi Antonii Rożnowski Nuntii Palatinatus Gnesnensis vacans Generoso Mathiae Skrzypiński Camerario Graniciali Vschovensi Judici Deputato Tribunalis Regni ex Ptu Posnaniensi uni ex quatuor Candidatis confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gra.

Significamus &c. Quod cum Dignitarii Officiales Universaque Nobilitas Palatinatus Gnesnensis pro Jure et instituto Regni Nostri post liberam resignationem Generosi Antonii Rożnowski Nuntii Palatinatus Gnesnensis, ad vacantem Notariatum Terrestrem Gnesnensem per Instrumentum Electionis Sua authenticum inter quatuor Candidatos viros huic officio gerendo idoneos Generosum Mathiam Skrzypiński Camerarium Granicialem Vschovensem et Judicem Deputatum ad Tribunal Regni ex Palatinatu Posnaniensi Nobis proposuerint, Nos rationem habentes meritorum praefati Generosi Mathiae Skrzypiński faciendum esse duximus ut ipsi memoratum Notariatum Terrestrem Gnesnensem daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitae Sua tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaque Nobilitati Palatinatus Gnesnensis notum esse volentes mandamus ut praefatum Generosum Mathiam Skrzypiński ab hinc pro vero legitimo

legitimo et actuali Notario Terrestri Gnesnensi habeant, nominent et agnoscant eique debitis juribus, praerogativis huic Muneri concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die XXX. Mensis Maji Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 1ma Junii 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Adalberto Mączyński Capitaneo Lobolensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti et ex Terra Vielunensi ad Comitia praesentia Nuntio datum.

Die 1a Junii 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Aloisio Chotomirowski Castellanide Busconsi datum.

Die 1a Junii 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae, Admodum Reverendo Adalberto Skarszewski Episcopo Lublinensi et Helmensi, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Praesentatio Venerabilis Martini Trzeinski ad Ecclesiam Parochialem in Oppido Dubienka Dioecesis Helmensis et Lublinensis, post fata Venerabilis Jacobi Chaiecki illius ultimi et immediati Possessoris vacantem.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Admodum Reverendo in Christo Patri Adalberto Skarszewski Episcopo Helmensi et Lublinensi sincere Nobis dilecto, aut Sua Sinceritatis Vicario in Spiritualibus, et Officiali Generali sive alteri cuipiam ad infrascripta potestatem habenti Gratiam Nostram Regiam. Admodum Reverende in Christo Pater sincere Nobis dilecte.

dilecte. Vacat ad præsens Ecclesia Parochialis in Oppido Dubienka Diœcesis Sinceritatis vestræ, Juris vero Patronatus et Collationis Nostræ Regiæ, idque post fata venerabilis Jacobi Chaiecki illius ultimi et immediati Possessoris. Ad quam quidem Ecclesiam modo præmisso vacantem, Nos pro Jure Nostro, quod Nobis desuper competit Venerabilem Martinum Trzciński de probitate, vita, sufficienti doctrina optime Nobis commendatum Sinceritati vestræ præsentandum esse duximus, prout quidem præsentamus, hisce Literis Nostris. Requirentes Sinceritatem vestram, quatenus hunc, et non alium ad dictam Ecclesiam in Oppido Dubienka instituat, investiat, Curam animarum, Administrationem Spiritualium, et regimen temporalium rerum plenarie eidem committendo, prout id ad Officium Sinceritatis vestræ spectare dignoscitur. In quorum fidem &a. Datum Varsaviæ die 1. mensis Junii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 1a Mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Joanni Bonoza Skarzyński Succamerario Terræ Łomzensis datum.

Die 1a mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Jacobo Radoński Succamerario Gnesnensi datum.

Die 3 mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Michaeli Alexandro Principi Swiatopełk Czetwertyński Capitaneo Tuszynensi datum.

Die 8 mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Generoso Joanni Karczewski Camerario Sæ Ræ Mtis et Rothmagistro Cavaleriæ

80.

Cavaleriae Nationalis Exercitus Regni datum.

Die 9 mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Gabrieli Porczyński Dapifero Braclaviensi et vice Capitaneo Winnicensi datum.

Munus Camerarii S[ae] R[ae] M[tis] Generoso Antonio Chmielewski confertur.

Stanislaus Augustus Dei &a

Significamus &a Quam volupe &a Cum itaque Generosum Antonium Chmielewski quem fidelitas &a Dantes et concedentes eidem Generoso Antonio Chmielewski plenam &a mandamus, quatenus praefatum Generosum Antonium Chmielewski abhinc pro vero &a pro Gratia Nostra. In quorum fidem &a Datum Varsaviae die IX mensis Junii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno

Stanislaus Augustus Rex.

Ensiferatus Districtus Zvinogrodensis, in Palatinatu Braclaviensi, post fata Generosi Gabrielis Bobrowski vacans Generoso Adalberto Pieńkowski, Judici Deputato Tribunalis Regni, ex Palatinatu Braclaviensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &a Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Adalberti Pieńkowski Judicis Deputati Tribunalis Regni, ex Palatinatu Braclaviensi, faciendum esse duximus, ut ipsi Ensiferatum Districtus Zvinogrodensis, post fata Generosi Gabrielis Bobrowski vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis Immunitatibus, de lege et antiqua

praxi

praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitae Suae tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Braclaviensis et signanter Districtus Winogradensis notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Adalbertum Pieńkowski, abhinc pro vero, legitimo et actuali Ensifero Winogrdensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae Die X mensis Junii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 11 mensis Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Vincentio Komorowski Capitaneo Ochozensi Rothmagistro Cavaleriae Nationalis datum.

Die 11 mensis Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Valentino Suchodolski, Judici Deputato Tribunalis Regni datum.

Munus Geometrae S.R.M. Regni jurati Generoso Simoni Josepho Brzezinski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c. Significamus &c. Quia Nos commen[dationem] habentes Generosi Simonis Josephi Brzezinski in Arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem ac industriam, faciendum esse duximus,

ut ipsum

ut ipsum in Geometram juratum crearemus et con-
stitueremus, prout quidem creamus et constituimus
praesentibus Literis Nostris dantes et concedentes ei-
dem Generoso Simoni Josepho Brzeziński plenam
facultatem et potestatem munus Geometrae jurati et
publici, per totum Regnum exercendi, fundos et agros
dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque actus
Geometrae, secundum leges et constitutiones competen-
ter exercendi, et debito modo explendi, illiusque di-
mensurationibus, dislimitationibus, delineationi-
bus, et ejus aliis actibus, ad legale Officium Geo-
metrae jurati et publici pertinentibus, ubique
locorum, tam in Judiciis quam extra plenam fi-
dem habendam esse declaramus, Ita tamen ut
Juramentum corporale de fideliter administran-
do Officio Geometrae coram quocunque Officio, si-
ve Terrestri sive Castrensi praestare teneatur
et sit adstrictus. Quod omnibus quorum in-
terest, praesertim vero Magnificis Senatoribus,
Generosis Dignitariis, Officialibus, necnon qui-
busvis Judiciis ac Officiis, tum Magistratibus
Civitatum et Oppidorum Regni nostri, notum
esse mandamus, quatenus eundem Generosum
Simonem Josephum Brzeziński, pro vero le-
gitimo Geometra jurato, habeant et agnoscant,
eidemque Officio hoc libere frui permittant,
et ab aliis permitti curent pro Gratia Nostra.
In quorum fidem &c Datum Varsaviae die
XI. Mensis Junii Anno Domini MDCCXCI.
Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Die 16 mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Epi-
scopi et Martyris Generoso
Jacobo Stępkowski Came-
rario S^ae R^ae M^tis datum.

Die 16 mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Epi-
scopi et Martyris, Generoso
Hilario Chojecki Judici
Terrestri Palatinatus
Kijoviae datum.

Die 20 Mensis Junii 1791.

Diploma pro Equite Ordi-
nis-

Ordinis Aquilæ Albæ Generoso Felici Lubieński Capitaneo Naclensi Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti Datum.

Ensiferatus Palatinatus Lublinensis, post ascensum Generosi Joannis Jastrzębski, ad Tribunatum Majorem Lublinensem, vacans Generoso Casimiro Jastrzębski Tribuno Minori ejusdem Palatinatus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex.

Significamus præsentibus Literis Nostris Q. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Casimiri Jastrzębski Tribuni Minoris Lublinensis, faciendum esse duximus, ut ipsi Ensiferatum Lublinensem, post ascensum Generosi Joannis Jastrzębski ad Tribunatum Majorem eundem Palatinatus vacantem, et ad Dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus, ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Lublinensis, notum esse volentes mandamus, quatenus, præfatum Generosum Casimirum Jastrzębski, ab hinc pro vero, legitimo et actuali Ensifero Palatinatus Lublinensis, habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis hocce munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem præsentes manu Nostra subscriptas Q. Datum Varsaviæ die XX. Mensis Junii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

84.

Die XXI mensis Junii 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Francisco Salesio Dunin Brzezinski Dapifero Apoinensi datum.

D. 21 mensis Junii 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae albae magnifico Francisco Xaverio Zboinski Castellano Plocensi, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Munus Geometrae jurati S. R. M. Generoso Francisco Dziekanowicz confertur. —

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus Quia Nos commendatam habentes Generosi Francisci Dziekanowicz in arte Geometrica scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam faciendum esse duximus, ut ipsum in Geometram juratum crearemus, et constitueremus prout quidem creamus et constituimus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Francisco Dziekanowicz plenam et omnimodam potestatem, Munus Geometrae jurati et publici per totum Regnum exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque Actus Geometrae jurati, secundum leges et constitutiones competentes exercendi, et debito more explendi, illiusque dimensurationibus, dislimitationibus, et ejus aliis Actibus ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus, ubique locorum, tam in Judiciis, quam extra plenam fidem habendam esse declaramus, ita tamen, ut juramentum corporale de fideliter administrando Officio Geometrae coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis

Generosis Dignitariis, Officialibus, necnon quibusvis Judiciis ac Officiis, tum Magistratibus Civitatum et oppidorum Regni nostri, notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Franciscum Dziekanowicz pro vero legitimo Geometra jurato habeant et agnoscant eidemque Officio tuo libere frui permittant et ab aliis permitti curent pro Gratia nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XXIV mensis Junii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex

D 28 Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Casimiro Chociecki Camerario S

D: 28 Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Petro Morzycki Vexillifero Predecensi datum.

D: 28 Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Luca Dzięcielski Dapifero Covaliensi datum.

D: 28 mensis Junii 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Ignatio Grabowski Castellani de Gedanenz datum.

Munus Camerarii S. R. Mtis Generoso Joanni Makowiecki confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gra

Significamus &c. Quam ubique habeamus praestantes virtute viros obsequiis nostris admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Joannem Makowiecki quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas ac promptum

ac promptum de Nobis benemerendi Studium commenda-
bilem reddunt propius obsequiis Nostris, admovendum
esse duximus admovemusque, et munere Camerarii
Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum
Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus
Literis Nostris, dantes et concedentes, eidem Genero-
so Joanni Makowiecki, plenam et omnimodam
potestatem facultatemque omnibus juribus, prae-
rogativis, muniis, immunitatibus, quibus caeteri
Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto et usu
antiquo gaudent et fruuntur, plene jure gauden-
di et uti fruendi, ad extrema vitae suae tempora vel
altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem.
Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Ma-
gnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Ma-
reschalcis caeterisque Generosis Aulae Nostrae Offi-
cialibus, notum esse volentes mandamus, quate-
nus praefatum Gsum Joannem Makowiecki,
ab hinc pro vero, legitimo et actuali Camerario
Nostro habeant, nominent et agnoscant, eique
de toto juribus, praerogativis, muniis, immu-
nitatibus hocce munus concernentibus, et ipsi
respondeant et ab aliis responderi curent pro
Gratia Nostra. In quorum fidem etc. Datum
Varsaviae die XXX Mensis Junii Anno Do-
mini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII.
Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 1a mensis Julii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis
Sancti Stanislai Episcopi
et Martyris Generoso Josepho
Szlubowski, Ensifero Crasno-
staviensi, et ad Comitia prae-
sentia ex Terra Chelmensi
Nuntio datum.

D. 2 Julii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis
Sancti Stanislai Episcopi et
Martyris Generoso Onuphrio
Oborski Judicii Terrestri Liven-
si, et ex eadem Terra ad Comi-
tia praesentia Nuntio datum.

D 5 Julii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis
Aquilae Albae, Generoso Severi-
no Potocki, Nuntio Palatina-
tus.

45

87.

Palatinatus Braclaviensis et Ordini Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

D. 9 Julii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Mathiae Mielżynski Succamerario Terrae Vschovensis Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

D. 9 Julii 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Miroszewski Camerario Sacrae Regiae Mtis datum.

Munus Camerarii Sacrae Regiae Mtis Generoso Francisco Hatuża confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex

Significamus etc. Quam volupe habeamus praestantes virtute viros obsequiis Nostris admovere accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosum Franciscum Hatuża, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi studium commendabilem reddunt, propriis obsequiis Nostris admovendum esse duximus, et Munere Camerarii Nostri condecoramus, in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus, et cooptamus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Francisco Hatuża, plenam et omnimodam potestatem, facultatemque omnibus juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus quibus ceteri Aulae Nostrae Camerarii, de legum praescripto, et usu antiquo gaudent et fruuntur, pleno jure gaudendi et uti fruendi, ad extrema vitae sua tempora, vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis caeterisque Aulae Nostrae Officialibus, notum esse volentes mandamus, quatenus praefatum Generosum Franciscum Hatuża, abhinc pro vero

vero, legitimo, et actuali Camerario Nostro habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, huic muneri concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XII Mensis Julii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Munus Camerarii S.R.ae M.tis Generoso Joanni Doroszewski confertur.

Stanislaus Augustus Dei &c.

Significamus &c. Quam volupe &c. Cum itaque Generosum Joannem Doroszewski quem fidelitas &c. Dantes et concedentes eidem Generoso Joanni Doroszewski plenam &c. notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Generosum Joannem Doroszewski, ab hinc pro vero &c. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XII. mensis Julii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Pincernatus Terrae Chelmensis, post liberam resignationem Generosi Stanislai Nowicki vacans, Generoso Josepho Nowicki Rothmagistro Cavaleriae Nationalis Regni, Commissionis Civilis Bellicae, ejusdem Terrae Chelmensis Commissario confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Josephi Nowicki Rothmagistri Cavaleriae Nationalis Regni, Commissionis Civilis Bellicae Terrae Chelmensis Commissarii faciendum esse duximus, ut ipsi Pincernatum
Terrae

Terræ Chelmensis post liberam resignationem Generosi Stanislai Nowicki, vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus, ad extrema vitæ Sua tempora, vel altioris alicujus Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, universæque Nobilitati Terræ Chelmensis, notum esse volentes mandamus, ut præfatum Generosum Josephum Nowicki, abhinc pro vero, legitimo et actuali Pincerna Chelmensi habeant, nominent, et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis hocce munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis respondere curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XIII mensis Julii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 13 Julii 1791.	Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ, Generoso Joanni Zboinski Capitaneo Mszanensi ad Comitia præsentia ex Terra Dobrinensi Nuntio Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.
D. X mensis Augusti 1791.	Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Mathiæ Stokowski Camerario Sacræ Regiæ Maiestatis datum.
D. XIX Augusti 1791.	Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ Albæ Reverendo in Christo Patri Casimiro Lipski, Præposito Infulato Choconsi, Archidiacono Ecclesiæ Cathedralis Cujaviensis Abbati commen-

90.

Commendatam Lubinensi, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Munus Camerarii S. R. M. Generoso Joanni Szczepanowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.
Significamus praesentibus &c. Quam volupe habeamus praestantes virtute obsequiis Nostris admovere, accedente ad id Consiliariorum Nostrorum recommendatione. Cum itaque Generosus Joannes Szczepanowski, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum benemerendi de Nobis studium commendabilem reddunt, propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus, admovemusque, et munere Camerarii Nostri condecoramus in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes, eidem Generoso Joanni Szczepanowski plenam et omnimodam potestatem facultatemque, omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, quibus caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto, et usu antiquo gaudent et fruuntur pleno jure gaudendi, et uti fruendi, ad extrema vitae suae tempora, vel altioris alicujus Dignitatis, aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni, et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalcis, caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Joannem Szczepanowski, abhinc pro vero, legitimo et actuali Camerario Nostro habeant, nominent et agnoscant, eique de toto juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus hocce munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die 1. Mensis Octobris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D: 1ª mensis 8bris 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Antonio Michałowski Succamerario et Nuntio Palatinatus Cracoviensis Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

D. 3 9bris 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Venerabili Josepho Szaniawski Abbati commendatario Vachocensi Canonico Cathedrali Cracoviensi datum.

D: 1ª 8bris 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Ignatio Stadnicki, Judici Terrestri Palatinatus Cracoviensis, et Ordinis Sancti Stanislai Equiti datum.

D. 3 9bris 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Pantaleoni Karski Vexillatori Radziejoviensi Judici Deputato Tribunalis Regni ex Palatinatu Brestensi Cujaviae datum.

D. 3. 9bris 1791. — Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Josepho Drzewiecki Camerario S. R. M.tis datum.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae, Generoso Francisco Salesio Comiti Krasicki Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti.

Equiti Datum.

Stanislaus Augustus Dei Gra.

Universis et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, notum facimus. Quia Nos habito respectu meritorum Nobis et Reipublicae in publicis etiam functionibus praestitorum, tum volentes demonstrare Nostram Cordis Paterni satisfactionem super Actu charitatis pleno ejusdem Generosi Francisci Salezii Krasicki, in depositione ad Cassam Generalis Commissionis Policiei Summae Mille Quingentorum aureorum hungaricalium pro Victu et Amictu Pauperum, novo eundem Generosum Franciscum Salesium Krasicki favore munerare decrevimus, prout et de facto muneramus eundem ad numerum et Caetum Equitum Ordinis Nostri Polonici Aquilae albae provocamus. Quod omnibus quorum interest, ad notitiam deducendo, Exteraneos amice requirimus, Subditis vero Nostris mandamus, ut praefatum Generosum Franciscum Salesium Krasicki, pro Equite Ordinis aquilae Albae habeant, nominent et agnoscant. In cujus rei fidem praesens Gratiae Nostrae documentum, manu Nostra subscriptum Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae die VII. mensis 9bris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVIII. Anno.-

Stanislaus Augustus Rex

Praesentatio Venerabilis Francisci Borgiae Rzezkowski Canonici Plocensis ad Ecclesiam Parochialem in Villa Biata Dioecesis Plocensis fatis Venerabilis Josephi Czerminski vacantem.

Stanislaus Augustus Dei Gratia Rex

Reverendo in Christo Patri Domino Christophoro Szembek Episcopo Plocensis sincere Nobis dilecto, aut Sinceritatis Suae in Spiritualibus Vicario et Officiali Generali sive alteri cuipiam ad infra scripta potestatem habenti Gratiam Nostram Regiam Reverende in Christo Pater Domine Nobis sincere dilecte. Vacat ad praesens Ecclesia Parochialis in

in Bonis Nostris Regalibus Villa Biata Dioecesis Sinceritatis Vestrae Juris vero Patronatus et Collationis Nostrae Regiae post fata Venerabilis Josephi Ozerminski ultimi et immediati Possessoris, Ecclesiam quidem Ecclesiam modo praemisso vacantem Nos pro Jure Nostro quod Nobis competit Venerabilem Franciscum Borgiam Pęczkowski Canonicum Plocensem debita integritate morum probitate et sufficienti doctrina Nobis optime commendatum Sinceritati Vestrae praesentandum esse duximus uti quidem praesentibus praesentamus requirentes quatenus hunc et non alium ad dictam Ecclesiam Parochialem in Villa Biata Sinceritatis Vestrae instituat et investiat Administrationem Spiritualium et regimen temporalium rerum eidem plenarie committendo prout id ad Officium Sinceritatis Vestrae spectare dignoscitur. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die VIII mensis Novembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 12 9bris 1791. Diploma pro Equite Ordinis Aquilae Albae Generoso Joanni Onuphrio Orlowski Venatori Curiae Regni, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

D. 19 9bris 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Ignatio Krosnowski Camerario S.Rae M.tis datum.

Munus Camerarii S.Rae M.tis Generoso Ludovico Strzelnicki confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus etc. Quam volupe etc. Cum itaque Generosum Ludovicum Strzelnicki quem fidelitas etc. Dantes et concedentes eidem Generoso Ludovico Strzelnicki plenam etc. mandamus quatenus praefatum Generosum Ludovicum Strzelnicki ab hinc pro vero etc. pro Gratia Nostra. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae

Varsaviae die XXIV. mensis Novembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex

D. 29. 9bris 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Casimiro Krassowski Tribuno Czerwonogrodensi datum.

D. 3 Xbris 1791. Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Generoso Petro Radziminski Camerario Sae Rae Mtis et Commissionis Civilis Bellicae Palatinatus Gnesnensis Commissario datum.

Castellanatus Sandecensis post liberam resignationem Magnifici Josephi Ankwicz vacans Generoso Alexandro Romiszowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus etc. Quia Nos habito respectu meritorum insignium Generosi Alexandri de Romiszowice Romiszowski Nobis et Reipublicae variis in occasionibus ac functionibus publicis intaminata fide praestitorum faciendum esse duximus ut ipsi Castellanatum Sandecensem post liberam resignationem magnifici Josephi Ankwicz vacantem et mente Legis in Comitiis praesentibus sancitae ad dispositionem nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hancce Dignitatem pertinentibus ad extrema vitae sue tempora vel altioris alicujus Dignitatis assecutionem tenendum, habendum obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Uni-

versoque

Universoque Nobilitati Palatinatus Cracovien-
sis notum esse volentes mandamus ut præfa-
tum Generosum Alexandrum Komiszowski
abhinc pro vero, legitimo et actuali Castella-
no Sandecensi habeant, nominent et agno-
scant eique de loco, Juribus prærogativis, hanc
ce Dignitatem concernentibus et ipsi respon-
deant et ab aliis responderi curent pro Gra-
tia Nostra. In quorum fidem Datum Varsaviæ
die V Decembris Anno Domini MDCCXCI. Reg-
ni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 10 Xbris 1791. Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Epi-
scopi et Martyris Generoso
Felici Bazkowski, Camera-
rio Sacræ Regiæ Mtis datum.

D. 13 Xbris 1791. Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Epi-
scopi et Martyris Venera-
bili Martino Szeptycki
Præpositi Ecclesiæ Cathe-
dralis Plocensis datum.

D. 14 Xbris 1791. Diploma pro Equite Ordi-
nis Sancti Stanislai Epi-
scopi et Martyris Venera-
bili Onuphrio Wierzbiń-
ski abbati Bledzieviensi
Ordinis Cistersium datum.

D. XVII Xbris 1791. Diploma pro Equite Or-
dinis Sancti Stanislai
Episcopi et Martyris
Generoso Josepho Lesz-
czyński Vexillatori Pa-
latinatus Ravensis, et
ex eodem Palatinatu
nuntio datum.

Munus Regentis Can-
cellariæ majoris Regni,
post fata Generosi Be-
nedicti Grabiński va-
cans Generoso Cajetano
Wyleżyński

Wyleżyński, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia.

Significamus Oe Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Cajetani Wyleżyński, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equitis Nobis et Reipublicae variis in occasionibus ac functionibus publicis praestitorum faciendum esse duximus ut ipsi munus Regentis Cancellariae Majoris Regni nostri post fata Generosi Benedicti Grabiński vacans et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitae sua tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum et habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Regni nostri notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Generosum Cajetanum Wyleżyński, abhinc pro vero, legitimo et actuali Regente Cancellariae majoris Regni nostri habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus hocce munus convenientibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem Oe Datum Varsaviae die XXVII mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Pincernatus Districtus Wislicensis in Palatinatu Sandomiriensis post ascensum Generosi Sabbae Mikutowski ad Subdapiferatum Districtus ejusdem vacans Generoso Vincentio Ferrerio Dembiński Tribuno

50

97.

Tribuno Majori Vislicensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Gsi Vincentii Ferrerii Dembinski Tribuni majoris Vislicensis faciendum esse duximus ut ipsi Pincernatum Districtus Vislicensis in Palatinatu Sandomiriensi post ascensum Gsi Sabba Mikulowski ad Subdapiferatum Districtus ejusdem vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus prout quidem cum omnibus juribus, prærogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extrema vitæ suæ tempora vel altioris alicujus Officii assecutionem tenendum habendum et obeundum damus et conferrimus præsentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universæque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis et signanter Districtus Vislicensis notum esse volentes mandamus, quatenus præfatum Generosum Vincentium Ferrerium Dembinski, abhinc pro vero, legitimo et Actuali Pincerna Vislicensi habeant, nominent et agnoscant eique de loco juribus prærogativis hocce munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra Regia. In quorum fidem præsentes manu Nostra &c. Datum Varsaviæ die XIX mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Thesaurariatus Districtus vislicensis in Palatinatu Sandomiriensi post ascensum Generosi Olechowski ad Tribunatum minorem ejusdem Districtus vacans Generoso Wysocki

Wysocki confertur.

Stanislaus Augustus Dei gr.

Significamus &c. Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Wysocki faciendum esse duximus, ut ipsi Thesaurariatum Districtus Vislicensis post ascensum Gri Olechowski ad Tribunatum minorem Vislicensem vacantem et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus Juribus, praerogativis, Muniis, immunitatibus, de lege et antiqua praxi ad hocce Munus pertinentibus ad extrema vitae sua tempora vel altioris alicuius Officii assecutionem tenendum, habendum et obeundum damus et conferimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaeque Nobilitati Palatinatus Sandomiriensis et signanter Districtus Vislicensis notum esse volentes mandamus ut praefatum Gnum Wysocki, ab hinc pro vero, legitimo et actuali Thesaurario Vislicensi habeant, nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis hocce Munus concernentibus et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum praesentes manu Nostra subscriptas Sigillo Re. Datum Varsaviae die XIX. mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 19 Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Venerabili Francisco Xaverio Jabłonowski Canonico Cathedrali Cujaviensi datum.

D. 21 Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Gso Antonio Kożuchowski Judici Deputato Tribunalis Regni ex Palatinatu

ex Palatinatu Gnesniensi
datum.

Munus Consiliarii Aulici
S. R. M. Nobili Jacobo
Gürtler Civi et Mercatori
Cracoviensi confertur.

Stanislaus Augustus Dei gratia

Significamus &c. Quia Nos commendatam habentes
Nobilis Jacobi Gürtler Civis et Mercatoris Cracovien-
sis animi dotes, literarum peritiam, ac in rebus
agendis dexteritatem, visum Nobis est, ut ipsi
Munus Consiliarii nostri daremus et conferre-
mus, prout quidem damus et conferimus, titu-
loque Consiliarii Nostri insignimus praesenti-
bus Literis Nostris, dantes et concedentes, eidem
Nobili Jacobo Gürtler plenam et omnimodam
potestatem facultatemque omnibus juribus,
praerogativis, muniis, immunitatibus, quibus
caeteri Aulae Nostrae Consiliarii de legum prae-
scripto et usu antiquo gaudent et fruuntur
pleno jure gaudendi et uti fruendi ad extre-
ma vitae suae tempora. Quod omnibus quo-
rum interest praesertim vero Magnificis
Regni et M: D: Litt: Mareschalcis, cunctisque
Generosis Aulae Nostrae Officialibus, notum
esse volentes mandamus quatenus, praefatum
Nobilem Jacobum Gürtler, abhinc pro vero,
legitimo, et actuali Consiliario Aulae nostrae
habeant, nominent et agnoscant, eique de
loco juribus, praerogativis hoc munus con-
cernentibus et ipsi respondeant, et ab aliis
responderi curent pro gratia nostra. In quo-
rum fidem &c Datum Varsaviae die XXI.
mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI.
Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Castellanatus Bus-
censis, post liberam Re-
signationem Magnifici
Theophili Załuski
vacans, Generoso Ale-
xandro Gurowski Ca-
merario

Stanislaus Augustus Dei Gratia
Significamus &c Quia Nos habito respectu me-
ritorum Generosi Alexandri Gurowski Came-
rarii Nostri, Nobis et Reipublicae variis in occa-
sionibus ac functionibus publicis praestitorum
faciendum esse duximus, ut ipsi Castellana-
tum Busconsem, post liberam Resignatio-
nem Magnifici Theophili Załuski vacantem
et ad dispositionem Nostram Regiam devolu-
tum daremus et conferremus, prout quidem
cum omnibus juribus, praerogativis, muniis,
immunitatibus, de lege et antigua pradi
ad hancce Dignitatem pertinentibus, ad ex-
tremalitae Sua tempora, vel altioris alicujus
Dignitatis assecutionem, tenendum, haben-
dum et obeundum damus et conferimus
praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus
quorum interest, praesertim vero Magnificis
Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officiali-
bus, Universaque Nobilitati Regni Nostri,
notum esse volentes mandamus, ut praefatum
Magnificum Alexandrum Gurowski, ab hinc
pro vero, legitimo et actuali Castellano Bu-
scensi habeant, nominent et agnoscant, ejque
de loco juribus praerogativis, hancce Dignita-
tem concernentibus et ipsi respondeant
et ab aliis responderi curent pro Gratia No-
stra. In quorum fidem &c Datum Varsaviae
die XXI. mensis Decembris Anno Domini
MDCCXC. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 21 Apris 1791.

Diploma pro Equite Or-
dinis Aquilae Albae Ma-
gnifico Alexandro Gurow-
ski Castellano Busconsi
Equiti Ordinis Sancti Sta-
nislai Episcopi et Mar-
tyris datum.

D. 22 Apris 1791.

Diploma pro Equite Or-
dinis Sancti Stanislai
Episcopi et Martyris
Generoso

Generoso Thomae Wydzga Rothmagistro Cavaleriae nationalis Exercitus Regni et Commissario Commissionis Civilis Bellicae Palatinatus Betzensis datum.

Consensus S[a] R[a] M[tis] super inscribendae Coadjutoria Canonicatus Cathedralis Helmensis Venerabili Antonio Przedwoiewski Canonico Cathedrali Helmensi favore Venerabilis Michaelis Bylina curati in Urusk datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus etc. Quod cum Venerabilis Antonius Przedwoiewski Canonicus Cathedralis Helmensis ob rationes legitimas Venerabilem Michaelem Bylina Curatum in Urusk in Coadjutorem Suum cum futura Successione praenominati Canonicatus Helmensis, Dioecesis Helmensis Juris vero Patronatus et Collationis Nostrae Regiae assumeret proposuisset Supplicavitque Nobis ut Supradictam Coadjutoriam Assensum Nostrum Regium dare et concedere dignaremur, cui supplicationi benigne annuentes habentesque optime commendatas dotes, memorati Venerabilis Michaelis Bylina libenter in praefatam Coadjutoriam consentiendum esse duximus consentimusque hisce Literis Nostris hac etiam ratione ut vigore istius Consensus seu praesentationis Nostrae hoc Canonicatu gaudeat quamvis praenominatus Venerabilis Antonius Przedwoiecki Canonicus Cathedralis Helmensis ante expeditionem Literarum Apostolicarum fatis cesserit aut dictum Canonicatum resignaverit nec alia praesentatione Nostra praedictus Venerabilis Michael Bylina ad eundem opus habeat sed pro eo casu praesentes Nostrae Literae eidem loco praesentationis suffragentur. Quod ad Notitiam omnium et singulorum praesertim vero ad quos institutio et Installatio Praelatorum et Canonicorum Spectat deducimus requirentes ut post obtentas super eo a Sede Apostolica Bullas Venerabilem Michaelem Bylina in Coadjutorem cum futura Successione recipiant agnoscant vel facta ante expeditionem

expeditionem Bullarum aliquomodo vacatione prefati Canonicatus Cathedralis Chelmensis advacantem instituat et introducant ac alia juxta praescriptum Juris faciant et exequantur. In quorum fidem &c Datum Varsaviae die XXII. mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 22 mensis Aprilis 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris, Generoso Martino Skrzypinski Notario Terrestri Gnesnensi et ex Palatinatu Posnaniensi Tribunalis Regni Judici Deputato datum.

Munus Geometrae jurati S.a R.a M.tis Generoso Joachimo Florekład Wyłazki confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.

Significamus &c Quia Nos commendatam habentes Generosi Joachimi Florekład Wyłazki in arte Geometricae scientiam, in delineatione Mapparum peritiam, in dimensuratione fundorum habilitatem et industriam, faciendum esse duximus ut ipsum in Geometram juratum crearemus et constitueremus prout quidem creamus et constituimus praesentibus Literis Nostris dantes et concedentes eidem G.so Joachimo Florekład Wyłazki plenam et omnimodam potestatem Munus Geometrae jurati et publici per totum Regnum exercendi, fundos et agros dimensurandi, Mappas delineandi, aliosque actus Geometrae jurati secundum leges et constitutiones competentes exercendi et debito more explendi illiusque dimensurationibus, distimitationibus, et ejus aliis actibus ad legale Officium Geometrae jurati et publici pertinentibus, ubique locorum tam in judiciis quam extra plenam fidem habendam esse declaramus ita tamen ut Juramentum corporale

corporale de fideliter administrando Officio Geometra coram quocunque Officio sive Terrestri sive Castrensi praestare teneatur et sit adstrictus. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis Officialibus, necnon quibusvis Judiciis ac Officiis tum Magistratibus Civitatum et oppidorum Regni Nostri notum esse volentes mandamus quatenus praefatum Gsum Joachimum Horehlad Wytazki pro vero legitimo Geometra jurato habeant et agnoscant eidemque Officio hoc libere frui permittant et ab aliis permitti curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem Datum Varsaviae die XXII. mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno. 103.

Stanislaus Augustus Rex

Vexilliferatus Palatinatus Siradiensis post fata Generosi Joannis Walewski vacans Generoso Stephano Walewski Vexillifero Districtus Radomscensis confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr

Significamus praesentibus, quia Nos habito respectu meritorum Generosi Stephani Walewski Vexilliferi Districtus Radomscensis faciendum esse duximus, uti ipsi Vexilliferatum Palatinatus Siradiensis, post fata Generosi Joannis Walewski vacantem, et ad dispositionem Nostram Regiam devolutum daremus et conferremus, prout quidem cum omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus de lege et antiqua praxi ad hocce munus pertinentibus, ad extrema vitae suae tempora, vel alterius alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem, tenendum, habendum et obeundum damus et conferrimus praesentibus Literis Nostris. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officialibus, Universaque Nobilitati Palatinatus Siradiensis, notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Stephanum Walewski, ab hinc pro vero

legitimo,

legitimo, et Actuali Vexillifero Siradiensi habeant, nomineant et agnoscant, eique de loco juribus, prærogativis, hocce Munus concernentibus ebipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XXV Mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 24 Abris 1791.

Vexilliferatus Districtus Radomsciensis, post ascensum Generosi Stephani Walewski ad Vexilliferatum Palatinatus Siradiensis vacans, Generoso Hyacyntho Sieminski Dapifero Radomsciensi confertur.

Munus Camerarii S^{æ} R^{æ} M^{tis} Generoso Michaeli Sroczyński confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus &c. Quam volupe habeamus &c. Cum itaque Genum Michaelem Sroczyński quem fidelitas &c. Dantes et concedentes eidem Gdo Michaeli Sroczyński plenam &c. Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniæ Mareschalcis &c mandamus quatenus, præfatum Genum Michaelem Sroczyński abhinc &c pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviæ die XXV mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 24 Abris 1791.

Diploma pro Equite Ordinis Aquilæ albæ Generoso Cajetano Wyleżyński Regenti Cancellariæ majoris Regni, Ordinis Sancti Stanislai Episcopi et Martyris Equiti datum.

Dapiferatus Districtus Radomsciensis, post ascensum

ascensum Generosi Hyacyn- 105.
thi Siemiński ad Vexilli-
feratum Radomscensem
vacans Generoso Alexandro
Ostrowski Pocillatori ejus-
dem Districtus confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.
Significamus &c. Quia Nos habito respectu meri-
torum Generosi Alexii Ostrowski Pocillatoris
Radomscensis faciendum esse duximus, ut ipsi
Dapiferatum Districtus Radomscensis, post a-
scensum Generosi Hyacynthi Siemiński ad Ve-
xilliferatum Radomscensem vacantem et ad dispo-
sitionem Nostram Regiam devolutum daremus et
conferremus, prout quidem cum omnibus juribus,
prærogativis, muniis, immunitatibus, de lege et anti-
qua praxi ad hocce munus pertinentibus ad extre-
ma vitæ suæ tempora, vel altioris alicujus officii
assecutionem, tenendum, habendum et obeundum
Damus et conferimus. præsentibus Literis Nostris.
Quod omnibus quorum interest, præsertim vero Mag-
nificis Senatoribus, Generosis Dignitariis, Officia-
libus, Universæque Nobilitati Palatinatus Sira-
diensis, et signanter Districtus Radomscensis no-
tum esse volentes mandamus, quatenus præ-
fatum Generosum Alexium Ostrowski, ab hinc
pro vero, legitimo et actuali Dapifero Ra-
domscensi, habeant, nominent et agnoscant
eique de suis juribus, prærogativis, hocce mu-
nus concernentibus, et ipsi respondeant et ab
aliis responderi curent pro Gratia Nostra.
In quorum fidem præsentes &c. Datum Var-
saviæ die XXIV. mensis Decembris Anno Domi-
ni MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

D. 24 Xbris 1791.

Pocillatura Districtus
Radomscensis, post ascen-
sum Generosi Alexii Ostrow-
ski, ad Dapiferatum Ra-
domscensem vacans Gene-
roso Antonio Ostrowski
Subdapifero Radomscensi
confertur.

D. 24 Xbris 1791.

Subdapiferatus Distric-
tus

106. Districtus Radomscensis post ascensum Generosi Antonii Ostrowski ad Pocillaturam Radomscensem vacans Generoso Wielecki confertur.

Munus Camerarii S[ae] R[ae] M[tis] Generoso Josepho Dąbrowski confertur.

Stanislaus Augustus Dei Gr.

Significamus &c. Quam valupe habeamus praestantes virtute viros, obsequiis Nostris admovere accedente Ldid Consiliariorum Nostrarum recommendatione. Cum itaque Generosum Josephum Dąbrowski, quem fidelitas, probitas, in rebus agendis capacitas, ac promptum de Nobis benemerendi Studium commendabilem reddunt, propius obsequiis Nostris admovendum esse duximus, admovemusque, et Munere Camerarii Nostri condecoramus, in Numerum Camerariorum Nostrorum inscribimus et cooptamus praesentibus Literis Nostris, dantes et concedentes eidem Generoso Josepho Dąbrowski, plenam et omnimodam potestatem facultatemque omnibus juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus quibus Caeteri Aulae Nostrae Camerarii de legum praescripto et Usu antiquo gaudent et fruuntur plena jure gaudendi et uti fruendi, ad extrema vitae Suae tempora vel altioris alicujus Dignitatis aut Officii assecutionem. Quod omnibus quorum interest, praesertim vero Magnificis Regni et Magni Ducatus Lithvaniae Mareschalis, Caeterisque Generosis Aulae Nostrae Officialibus notum esse volentes mandamus, ut praefatum Generosum Josephum Dąbrowski, abhinc pro vero, legitimo et actuali Camerario nostro, habeant nominent et agnoscant, eique de loco juribus, praerogativis, muniis, immunitatibus, hocce Munus concernentibus, et ipsi respondeant et ab aliis responderi curent pro Gratia Nostra. In quorum fidem &c. Datum Varsaviae die XXX. mensis Decembris Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVIII. Anno. –

Stanislaus Augustus Rex.

d. 30 mensis Decembris 1791.

Munus Camerarii S[ae] R[ae] M[tis] Generoso Antonio Faszowski confertur.

Regestr Przywileiów w Prottokole Sub N° 1° znayduią-cych się R^u 1791.

№ 2°

1.

ACTA MAIORIS CANCELLARIÆ REGNI A^{i} D^{ni} 1791.

Przywiley na dwa Jarmarki Czterniedzielne i Targi do Miasteczka Horochowa w Woiewództwie Wołynskim leżącego W^{o} Stanisława Xięcia Poniatowskiego dziedzicznego dany.

Stanisław August z Bożey Łaski Król Polski, Wielki Xiążę Litewski, Ruski, Pruski, Mazowiecki, Żmudzki, Kiiowski, Wołynski, Podolski, Podlaski, Inflantski, Smoleński, Siewierski i Czerniechowski.

Oznaymuiemy niniejszym Listem Naszym wszem wobec, i każdemu z osobna, komu o tym wiedzieć należy. Iż czułości i dobroczynności Naszey Królewskiey rzecz przyzwoitą bacząc, wszelkiemi Sposobami i Środkami pomnażać dobro i maiątki Naszych Poddanych, chętnie więc do tego końca przychyliliśmy się, na prośbę Urodzonego Stanisława Xiążęcia Poniatowskiego byłego Podskarbiego Wielkiego W^{o} X^{a} Litt^{o} do Nas wniesioną abyśmy Jarmarki

marki

2.
Jarmarki i Targi do Miasteczka Horochowa na-
zwanego w Województwie Wołyńskim leżącego Jego
Dziedzicznego, nadać i naznaczyć raczyli, a zatem
Jarmarki czteroniedzielne dwa, pierwszy na Świę-
to Świętego Jana Ruskiego letniego dnia piątego
Lipca przypadające, drugi zaś na Święto Sgo Jędrze-
ja Ruskiego, na dzień iedynasty Grudnia przypa-
daiące; obydwa po tygodni cztery nieprzerwanie
ciągnąć się maiące. Targi zaś co Poniedziałek
każdego tygodnia wiecznemi czasy nadaiemy i
naznaczamy, bez przeszkody iednak pobliższych
Miast i Miasteczek, w których dawniey za Przywi-
leiem Jarmarki i Targi odprawować się zwykły.
Na które to Jarmarki i Targi do pomienionego
Miasteczka Horochowa, wolno będzie wszelkiego
Narodu Kupcom, i iakiegokolwiek Stanu i
Kondycyi ludziom przyieżdżać, przychodzić, Towa-
ry Zboża przedawać konie, bydła rogate i
nierogate stadami i po iedynczo przypędzać, przy-
prowadzać, to wszystko przedawać kupować,
frymarczyć rzeczy za rzeczy, towary za towary
zamieniać, i wszelkie negocyacye na Jarmar-
kach i Targach pozwolone odprawować, pod
wolnością i bezpieczeństwem iadącym, idącym
na tych Jarmarkach i Targach bawiącym
się i z nich powracaiącym w Prawie opisanemi
i warowanemi takich tylko nie dopuszczaiąc
których Prawa od współkowania z dobremi
oddalaią i onego zabraniaią. Prawa zaś
Królewskie Rzpltey i Kościoła Świętego Kato-
lickiego (żeby te Jarmarki i Targi w niedzie-
le lub Święta uroczyste nie odprawowały się
ale nazaiutrz po niedzieli lub święcie) ostrze-
gamy. Na dowód czego ręką się Naszą podpisuiemy. Pieczęć Koronną przycisnąć
rozkazaliśmy. Dan w Warszawie dnia V
miesiąca Stycznia Roku Pańskiego MDCCXCI
Panowania Naszego XXVII Roku.

Stanisław August Król

Jus caducum

3.

Jus Caducum super Summas et res mobiles post fata Honesti Josephi Petri Pilleur derelictas et non existantibus ejus ad octavum gradum legitimis Successoribus, Generoso Josepho Zakrzewski ad jure agendum datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus presentibus Literis Nostris, quorum interest universis et singulis, Quia Nos habito respectu meritorum Generosi Josephi Zakrzewski faciendum esse duximus, ut ipsi Summas et res mobiles post fata Honesti Josephi Petri bini nominis Pilleur derelictas non extantibus ejus ad octavum gradum legitimis successoribus iis de causis ad fiscum et dispositionem Nostram Regiam devolutas jure Caduco daremus, et conferremus prout quidem jure perpetuo et irrevocabilis Donationis titulo damus et conferrimus presentibus Literis Nostris, ita ut easdem Summas et res mobiles jure adeat vindicet, vindicatas teneat, habeat, possideat, in suos suorumque successorum quovis beneplacitos usus convertat perpetuo et in aevum. Quod omnibus quorum interest presertim vero Judiciis quibusvis, sub quorum Jurisdictione præfatæ Summæ et res mobiles existunt, ad notitiam deducendo mandamus, quatenus ad juridicam requisitionem memorati G[e]n[eros]i Josephi Zakrzewski Donatarii Nostri sive ejus Specialis Plenipotentis, memoratas summas et res mobiles adjudicent, extradant, seduloque curent, ut iisdem Summis, et Rebus mobilibus quanto citius /: salvis juribus Caducis creditorum piisque legatis proportionatis et legibus Regni nox contrariis :/ potiatur. Pro Gratia Nostra. In quorum fidem presentes Manu Nostra subscriptas Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviæ die X Mensis Januarii Anno Domini MDCCXCI. Regni Vero Nostri XXVII Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

4. Privilegium inhibitionum ne Typographi et Bibliopolae audeant Librum in Contextu Privilegii expressum, imprimere Michaeli Stube Directori Scholae S.R.M. Equestris ad annos viginti datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus quod cum Director Scholae Nostrae Equestris Michael Stube, Librum sub titulo Listy Fizyczne, typis imprimi in animum induxerit, Nobisque submisse supplicaverit, ut evitando damna quibus eum tam externi quam indigenae Typographi et Bibliopolae afficere possent reimpressionem praemissi libri, nec non illationem alibi impressi ad certum temporis spatium inhibere dignaremur. Nos praefatae supplicationi uti justae benigne annuentes, omnibus et singulis in Regno et Dominiis Nostris existentibus Typographis et Bibliopolis interdicimus serioque inhibemus, ne librum supra de titulo expressum huc in Regnum Dominiaque Nostra inferre intra spatium viginti annorum audeant sub poena mille aureorum Hungaricalium cujus medietas summae editori altera vero pars fisco Nostro Regio cedat, reimpressum vero ejusmodi librum in quacunque in vel extra Regnum Typographia confiscationi irrevocabili omnium exemplarium si talia in Regno Dominiisque Nostris inveniantur subesse declaramus. In quorum fidem praesentes Manu Nostra subscriptas, Sigillo Regni communiri jussimus. Datum Varsaviae Die XII. Mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno.

Stanislaus Augustus Rex.

Przywiley na Jarmarki ieden Tygodniowy do Miasteczka.

Miasteczka Opatowiec 5.
zwanego w Województwie
Sandomierskim Powiecie
Wislickim leżącego, Uro-
dzonego Romualda Wa-
lewskiego Kommissyi Woy-
skowey oboyga Narodów
Kommissarza dziedzicznie-
go dany –

Stanisław August z Bożey Łaski etc.

Oznaymuiemy ninieyszym Listem Przywileiem
Naszym wszem wobec, i każdemu z osobna komu
o tym wiedzieć należy. Iż dobroczynności i Czuło-
ści Naszey Królewskiey, rzecz przyzwoitą ba-
cząc, wszelkiemi sposobami i środkami pom-
nażać dobro i maiątki Poddanych Naszych,
chętnie więc do tego końca przychyliwszy się
na prośbę Ur. Romualda Walewskiego Kom-
missyi Woyskowey oboyga Narodów Kommissa-
rza, do nas uczynioną, abyśmy Jarmark ieden
całotygodniowy do Miasteczka Opatowiec zwa-
nego, w Województwie Sandomierskim Powiecie
Wislickim leżącego, Possessyi iego dziedziczney
podległego nadać i naznaczyć raczyli. Jakoż
ninieyszym Listem Naszym, chcąc mieć i na-
kazuiąc, aby ten Jarmark całotygodniowy ie-
den, po niedzieli Krzyżowych dni w Poniedzia-
łek poczynaiący się, i do drugiego trwaiący Ponie-
działku, rok rocznie, niezmiennemi czasy odpra-
wiać się nadaiemy i naznaczamy, bez prze-
szkody iednak pobliższych Miast i Miaste-
czek, w których dawniey za Przywileiami
Naszemi Jarmarki odprawiać się zwykły.
Na który to Jarmark do pomienionego Miastecz-
ka Opatowca, wolno będzie wszelkiego Narodu
Kupcom, et cuiuscunque Status ac conditionis
Ludziom, przyieżdżać, przychodzić, Towary, Zboża
sprowadzać, Konie, bydła rogate i nierogate Sta-
dami, lub poiedyńczo przypędzać przyprowa-
dzać, to wszystko kupować, przedawać, frymar-
czyć rzeczy za rzeczy, towary za towary zamie-
niać pod wolnością i bezpieczeństwem, iadącym

idącym,

idącym, na tymże Jarmarku bawiącym się, iako też z niego powracaiącym, w Prawie opisanemi i warowanemi, takich tylko nie dopuszczaiąc, któ- rych Prawa od współkowania z dobremi odda- laią i onego zabraniaią, Prawa zaś też Kró- lewskie Rzpltey i Kościoła Sgo Katolickiego, oso- bliwie aby ten Jarmark, w dni świąteczne i uroczyste i Niedziele nie odprawiał się, ostrze- gamy. Na to dla lepszey wiary, Ręką Naszą podpisawszy, Pieczęć Koronną przycisnąć roskazaliśmy. Dan w Warszawie dnia XIV Miesiąca Lutego Roku Pańskiego MDCCXCI Panowania Naszego XXVII Roku.

Stanisław August Król.

Consensus ad cedendum de Jure Emphiteutico super Bona Buczniowce cum at- tinentiis in Palatinatu Po- doliae et Districtu Laticzo- viensi sita Generoso Michae- li Ostrowski in Personam Ge- nerosi Matthaei Poluda Skap- ski Rothmagistri Cavaleriae Nationalis Exercitus Regni datur.

Stanislaus Augustus Dei Gratia &c.

Significamus &c. Consensisse Nos et permisisse consentireque ac permittere Generoso Michaeli Ostrowski ut possit et valeat de omni et integro Jure suo Emphiteutico quod ipsi super Bona Buczniowce cum attinentiis in Palatinatu Po- doliae et Districtu Laticzoviensi sita vigore Di- plomatis Nostri die secunda Mensis Novembris Anno 1788 ex Cancellaria Regni Nostri mino- re emanati servit et competit cedere illudque in Personam Generosi Matthaei Poluda Skapski Rothmagistri Cavaleriae Nationalis Regni ple- narie transferre et transfundere. Quo qui- dem Cessio Jurisque transfusio posteaquam coram Actis quibusvis Authenticis Regni facta

et

7.

et recognita fuerit. Nos eam ratam et gratam habituri sumus uti eam quae praevio hoc Consensu Nostro peragetur vigore cujus Cessionis Jurisque transfusionis in virtute praesentis Consensus Nostri facta dicta Bona Buzniowce cum omnibus villis, praediis Curiis aedificiis agris pratis campis sylvis nemoribus rubetis fluviis, fluminibus piscinis Cmetonibus subditis eorumque laboribus Censibus tributis aliisque proventibus qui hactenus legitime ab illis exigebantur eumque omnibus attinentiis et pertinentiis Nullis penitus exceptis sedita late longe et circumferentialiter prout praefatus Generosus Michael Ostrowski vigore supra exarati Diplomatis Nostri tenebat habebat et possidebat dictus quoque Generosus Matthaeus Poluda Snopski Jure Emphiteutico ad expirium Quinquaginta Annorum a data Diplomatis superius de data expressi computandorum tenebit habebit et possidebit idque sub iis Conditionibus Specialibus Legibus Regni praecautis ut Proventum Lustrationem ultimaria Anni 1789. constitutum quotannis binis temporum ratis ad Thesaurum Regni importet debitis praefata Bona non inoneret neque sine Consensu Nostro in alium quempiam alienet Caeterum promittimus pro Nobis Serenissimisque Successoribus Nostris nonesse Nos Serenissimosque Successores Nostros ab eodem Jure Emphiteutico dictum Generosum Matthaeum Snopski ejusque Successores et Succedaneos amoturos neque amovendi potestatem cuipiam daturos sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum ad expirium Quinquaginta Annorum a data Diplomatis Nostri superius expressi computandorum conservaturos Juribus Nostris Regalibus Reipublicae Ecclesiaeque Romanae Catholicae Salvis manentibus. In quorum fidem etc. Datum Varsaviae die XIV mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII Anno —

Stanislaus Augustus Rex.

Diploma Juris Emphiteutici

8.

Emphiteutici super Advocatiam in villa Głusk in Palatinatu Ravensi Terrae Sochacoviensi jacentem, post fata Generosi Joannis Sobecki ultimi Privilegiati Possessoris vacantem, Generoso Joanni Bakałowicz, Colonello Exercitus Regni, per plus Offerentiam ad Annos 50. datum.

Stanislaus Augustus Dei Gratia

Significamus praesentibus Literis Nostris, Quemadmodum in Comitiis Anno 1775. finitis sub Generali Confederatione hic Varsaviae celebratis, per Constitutionem sub titulo Starostwa i Królewszczyzny sancitam reliqua bona, Liquidis Juris Nostri Regii, quae per Constitutionem ejusdem Anni separatam sub titulo Nagroda zasłużonym non sint disposita jure Emphiteutico, per plus Offerentiam ad Annos Quinquaginta, post decessum immediatorum Juris Advitalitii Possessorum, initium sumendos, et non interrupte continuandos, ea Pensione Proventus per plus Offerentiam constituendi, binisque temporum Rathis ad Thesaurum Regni Nostri imputandi, ac praevia inscriptione sufficientis Evictionis conferre obtulimus. Ex iisdem vero Bonis, taliter dispositis, cum Advocatiam in Villa Głusk in Palatinatu Ravensi, Terra Sochacoviensi jacentem, post fata Generosi Joannis Sobecki, ultimi Privilegiati Possessoris vacare contigerit. Igitur visa Licitatione die vigesima sexta mensis Januarii, anno currenti Millesimo septingentesimo nonagesimo Primo, ad mentem Constitutionis Anni 1776 sub titulo Ustanowienie Kommissyi Emfiteutyczney legitime in Commissione Thesaurii Regni peracta, per quam dicta Advocatia in Villa Głusk, Generoso Joanni Bakałowicz Colonello Exercitus Regni, per plus Offerentiam ad annos Quinquaginta, jure Emphiteutico, nempe in Summa Quadringentorum decem Florenorum Polonicalium, an-

nui

Annui Proventus est agnita et determinata, Nos ejusmodi Advocatiam praefato Generoso Joanni Bakałowicz, ejusque Successoribus Sanguinis dandam et conferendam esse duximus, prout quidem cum omnibus Aedificiis, agris, pratis, campis, Sylvis, Gais, nemoribus, rubetis, Stagnis, piscinis, lacubus, fluviis, fluminibus, molendinis, braxatoriis, Tabernis, Subditis, eorumque laboribus, censibus, tributis, aliisque Proventibus, qui hactenus legitime ab ipsis exigebantur, cumque omnibus attinentiis et pertinentiis, ad dictam Advocatiam spectantibus Jure Emphiteutico ad decursum Quinquaginta Annorum, a data praesentis Diplomatis Nostri computandorum dicto Generoso Joanni Bakałowicz et ejus Successoribus damus et conferimus, idque sub iis conditionibus specialibus suprafata Constitutione praecautis ut Summam Quadringentorum decem Florenorum Polonicalium per licitationem constitutam, ad Thesaurum Regni Nostri quotannis binis temporum Rattis importet, debitis praefatam Advocatiam non inoneret, ac quoties moderno Generoso Emphiteutae, sive ejus Succedaneis, dictam Advocatiam alienare contigerit, ejusmodi Alienatio, sive Transfusio Juris Emphiteutici reliqui temporis ad expirium Quinquaginta Annorum superantis, sine Consensu Nostro subsequi non debebit. Caeterum promittimus pro Nobis, et Serenissimis Successoribus Nostris non esse Nos, Serenissimosque Successores Nostros, ab eodem Jure Emphiteutico, dictum Generosum Joannem Bakałowicz, ejusque Successores, et Succedaneos, amoturos, neque amovendi potestatem cuipiam daturos, sed salvum et integrum Jus Emphiteuticum ad Expirium Quinquaginta Annorum conservaturos, Juribus Nostris Regalibus, Reipublicae, Ecclesiae Romanae Catholicae salvis manentibus. In quorum fidem Et Datum Varsaviae die XIX. mensis Februarii Anno Domini MDCCXCI. Regni vero Nostri XXVII. Anno. —

Stanislaus Augustus Rex

10.

List donoszący Kommissyi Skarbowey o wyszłym Przywileiu Dyplomatycznym Prawa Emfiteutycznego na lat 50 na Woytowstwo we wsi Głuskowie w Woiewodztwie Rawskim Ziemi Sochaczewskiey leżące aby toż Woytowstwo Urodzonemu Janowi Bakałowiczowi Połkownikowi Woysk Koronnych w prawną Possessyą podane było —

Stanisław August z Bożey Łaski

Ur. Wielmożnemu Rochowi Kossowskiemu Podskarbiemu Wielkiemu Koronnemu tudzież WWim nn Kommissyi Skarbu Koronnego od Rzpltey wyznaczonym Kommissarzom uprzeymie i wiernie nam miłym Łaskę Naszą Królewską. Wielmożni i Urodzeni uprzeymie i wiernie Nam mili. Gdy po wyszłey Rezolucyi Kommissyi Skarbu Koronnego, Wotowstwo we wsi Głusku w Woiewództwie Rawskim w Ziemi Sochaczewskiey leżące po śmierci Ur. Jana Sobieckiego zawakuiące iest podane, którego Licytacya per plus offerentium na dzień 26 Mca Stycznia Roku ninieyszego 1791 odprawiła się i na fundamencie Prawa ze z Kancellaryi W. Kor. Dyploma Prawa Emfiteutycznego pod dniem dzisieyszym Urod. Janowi Bakałowiczowi Półkownikowi Woysk Koronnych iest wydane — Oneto nie uchybiamy tak o wyszłey Rezolucyi Kommissyi Skarbu Kor. iako też i o wydanym z Kancellaryi W. Kor. Dyplomacie Emfiteutycznym Uprzeymościom i Wiernościom Waszym donieść żądaiąc po Uprzeymościach i Wiernościach Waszych, abyście na podanie tegoż Woytowstwa w istotną temuż uprzywileiowanemu i Prawnemu Possesorowi Urodzonemu Janowi Bakałowiczowi wraz z Prowentami iakowe iemu należeć się ukażą, ad fundum pomienionego Woytowstwa Dworzanina swoiego Skarbowego zesłali któryby zleconą

sobie

11.

sobie od Upraymości i Wierności Waszych
Funkcyą pilnie et eodacte wypełniaiąc przerzeczo-
ne Woytowstwo we wsi Głusk, temuż Ur. Janowi
Bakałowiczowi in realem et actualem podał
possessionem a podania swoiego trzy inwentarze
